# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

pag.

GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1

THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27

CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . 907

*

# LIBER TERTIVS DECIMVS.

## I [= BREV. I]. DE LVSTRALI CONLATIONE.

i *add. m. rec. in V* illustrali *O*, conlatini *L*. — *Iust.* 11, 1: de tollenda lustralis auri conlatione.

II, 1, 1 (356 Dec. 2).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Negotiatores omnes protinus convenit aurum argentumque praebere, clericos excipi tantum, qui copiatae appellantur, nec alium quemquam esse inmunem ab huius conlationis obsequio. DAT. IIII NON. DEC.; ACC. ROM(AE) VIII ID. FEB. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

*V*

2 prebere *V*

II, 1, 2 (360 Iul. 10).

IDEM A. ET CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praeter eos, quos manifesta probatio demonstrat sub armis militiae sacramenta tolerasse quosque, cum requiem sortirentur, in pecuniarum certo numero inmunitatem claruerit consecutos, universi, qui negotiandi videntur exercere sollertiam, ad onus conlationis adstringantur. ACC. VI ID. IVL. KARTHAGINE CONSTANTIO A. X ET IVLIANO C. III CONSS.

*V*

4 uii d *sic V*

II, 1, 3 (361 Mai. 3).

IDEM A. AD SENATVM. Rusticanos colonosque vestros inter negotiatores describi non oportet, scilicet si nequaquam exercent negotiationis industriam, siquidem in eo negotiationem et mercimonia non oporteat aestimari, si ea homines vestri ac rusticani etiam in vestris possessionibus commorantes distrahant, quae in his terris quas incolunt adque in eodem rure gignuntur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*V*

1 id. a. *in litura V; debuit esse* imp. Iulianus

II, 1, 4 (362 Mart. 13).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Decuriones, qui ut
1 Christiani declinant munia, revocentur. Et ab auri atque argenti praestatione, quod negotiatoribus indicitur, curiae inmunes sint, nisi forte decurionem aliquid mercari constiterit, ita ut ordines civitatum ex huiusmodi reliquis sarcinarum, ut iam diximus, amoveantur. P(RO)P(OSITA) III ID. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V.* — GEMINA 12, 1, 50 *(ubi vide)*.

2 $\overline{x}$piani *V* prestatione *V*

XIII, 1, 5 (364 Apr. 17).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, si modo mercandi videantur exercere sollertiam et Christianos, quibus verus est cultus, adiuvare pauperes et positos in necessitatibus volunt, potiorum quoque homines vel potiores ipsos, si tamen his mercandi cura est, ad necessitatem pensitationis adhibeas, praesertim cum potiorum quisque aut miscere se negotiationi non debeat aut pensitationem debeat, quod honestas postulat, primus agnoscere. DAT. XV KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

**IVST. 4, 63, 1**

**Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, potiorum quoque homines necessitatem debitam pensionum, ut honestas postulat, agnoscere moneantur, ut per cunctos, qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabiles fiant agnoscendae devotionis effectus.**

**IVST. 1, 4, 1**

**Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, ne commodum (modum *Montisp.*) mercandi videantur excedere, Christianos, quibus verus cultus est, adiuvare pauperes et positos in necessitate provideant.**

*V.* — IVST. 1, 4, 1 *(forma interpolata certe in recensione Latina)*. 4, 63 1

1/2 secundo ppo] *V*, ad Iulianum comitem orientis *Iust. utroque loco. Crediderim constitutionem in Theodosiano relatam fuisse bis et eo loco quo superest inscriptam Secundo, et altero deperdito, a quo pendet Iust. loco utroque, directam ad Iulianum comitem Orientis, perperam; nam is obiit a. 362 exeunte. Subscriptio locis duobus eadem videtur fuisse, cum, ut recte ait Krueger, Haloandrina alteram confirmet magis quam refutet.* 6 xpianos *V* 7 quibus] *Iust.*, quibus si *V* 10 ipsos] *Beck*, sipos *V*, possis *Cui.*, paucis *Pith.* 16 honostas *V* 17 primus] *sic V* 17/18 dat. xu k. mai. const. diuo iou. et uarr. conss.] *V*, d. xu k. mart. constantinop. ual. et ual. aa. conss. *Iust. 1, 4, 1 (Hal.)*

XIII, 1, 6 (364 Sept. 8).

IDEM AA. AD FLORENTIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Aurum mercatoribus adque argentum, quo erogatio publica iuvetur, indiximus; igitur exceptione inmunitatis nullus utetur. Omnium enim regionum huiusmodi homines, omnium dignitatum hanc virilem iuvandae rei publicae partem sine aliqua privilegii venia iussimus sustinere. Exceptio autem eos tantummodo in hac communi fere sorte defendet, qui proprio rure per se aut homines suos qui evidentissime cognoscuntur negotiantes non tam mercatorum loco haberi debent quam sollertium strenuorumque dominorum. DAT. VI ID. SEPT. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

2 iubetur *V* 5 rure] *Gothofredus*, iure *V* 6 hominos *V*[1]

XIII, 1, 7 (369 Apr. 1).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui in sudore bellandi stipendiorum gradu usque ad protectores meruerunt, .... unius vaginae pretium, etiamsi aliis mercimoniis studere videantur. Si quid autem supra hunc modum in mercimonii commutatione habeant, pro eo, quod amplius potuerit inveniri, ad necessitatem conlationis artentur. Omnes vero omnino, qui alterius nomine dignitatis emeritaeque militiae honore cumulati sunt, etsi per homines suos id exercent, ad oblationis obsequia adstringantur. P(RO)P(OSITA) KARTHAGINE KAL. APRIL. VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V*

1 *debuit addi* Gratianus 2 meruerunt unius uaginae (-ne *V*) pretium] *videntur excidisse quaedam ad hanc sententiam:* meruerunt [post missionem negotiantes ab auri argentique praestatione immunes sint ad ....... et] unius uaginae pretium 3 hunc] hun *V*[a] 5 militae *V*

II, 1, 8 (370 Apr. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD CLAVDIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Hi tantum ad auri argentique detineantur oblationem merces emendo adque vendendo commutantes, qui in exercitio tabernarum usuque versantur, non etiam coloni rei nostrae, qui ea distrahunt, quae in dominicis possessionibus annus tulerit. DAT. VI KAL. MAI. TREVIRIS VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

*V*

2 merces] *scripsi*, qui merces *V* 4 triueris *V*

---

II, 1, 9 (372 Iun. 30).

IDEM AAA. AD LEONTIVM CONSVL(AREM) FOENICES. Omnes iam nunc studio negotiationis intenti, seu conchyliolegul seu ex aliquolibet corpore mercatores, ad pensitationem auri, quod negotiatoribus indicitur, conpellantur. Beneficium enim quibusdam datum plebis iniuria est. P(RO)P(OSITA) BERYTO PRID. KAL. IVL. MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

*V. — Scholia Vaticana:* algamarios *(ab alga herba marina)* vel conciliolegulos ad conlationem constringi iubet.

1 foenicis *V* 2 concylioleguli *V* 4 byrito *V* arintheo *V*

---

II, 1, 10 (374 Febr. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD ITALICVM VIC(ARIVM) ITALIAE. Colonos rei privatae vel ceteros rusticanos pro speciebus, quae in eorum agris gigni solent, inquietari non oportet. Eos etiam, qui manu victum rimantur aut tolerant, figulos videlicet aut fabros, alienos esse a praestationis eius molestia decernimus, ut hi tantum, qui pro mercimonio et substantia mercis ex rusticana plebe inter negotiatores sunt, sortem negotiationis agnoscant, quos in exercendis agris ingenitum iam pridem studium non retinet, sed mercandis distrahendisque rebus institutum vitae et voluntatis inplicuit. DAT. NON. FEB. MED(IOLANO) GRATIANO III ET EQVITIO V. C. CONSS.

*V*

1 ualent. ualens et grat.] ual(entini)anus gr(ati)anus et ual(entini)anus *V* 4 praestationis eius] *scripsi*, praestationibus *V* decernimus] *Gothofredus*, discernimus *V* 5 substantia mercis] *scripsi*, substantiae merces *V*, substantiae mercede *Tilius* 6 exercendis agris] $V^{2*}$, exerdis argis $V^1$ ingenitum] *Gothofredus*, ingenium *V* 8 *eo tempore num Valentinianus fuerit Mediolani, dubium est.*

---

II, 1, 11 (379 Iul. 2,5).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi omnes mercatores spectat lustralis auri depensio, clerici tamen intra Illyricum et Italiam in denis solidis, intra Gallias in quinis denis solidis inmunem usum conversationis exerceant. Quidquid autem supra hunc modum negotiationis versabitur, id oportet ad functionem aurariam devocari. DAT. III. NON. IVL. AQVILEIAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

*V*

2 spectat] $V^{2*}$, pectat $V^1$ 5 iii] ui *iuncta* 7, 18, 2 6 conss. *V*

---

III, 1, 12 (384 Mart. 13).

IDEM AAA. AD ATTICVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo negotiator muneribus publicis eximatur exceptis his dumtaxat, qui innocenti industria fructus domesticos suis possessioni-

1 ppo] *anno 384 quinam fuerint praefecti praetorio, dubium est (cf. Tillemont Theodos. I not. 19)* 2 industria] $V^2$, inlustria $V^1$ 2/738, 1 posessionibus *V*

bus innatos simpliciter vendunt, officiis et exactoribus pro his negotiatoribus adtinendis, quos excusatos subtractosve esse constiterit, in duplam quantitatem eius summae, quam illi inferre debuerant. DAT. III ID. MART. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

---

XIII, 1, 13 [= BREV. XIII, 1, 1] (384 Nov. 8).

IDEM AAA. HAVE, POSTVMIANE, KAR(ISSIME) N(O)B(IS). Singuli quique, si per eos vernacula quaeque vendantur, functione auraria non teneantur: si vero emendi vendendive conpendiis ultro citroque quaesitis familiaris rei amplitudo cumuletur, etsi militares sint, memoratae praestationi nectantur. DAT. VI ID. NOV. RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quicumque rem, quae ei nata est aut quam non emit, vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique studio probabitur huc illucque discurrere, etiamsi militans est, ad solutionem teneatur aurariam.

*V.* — BREV. (*HNGO[om. int.]EXCPMLS*).

1 idem] imppp. grat. ualent. et (*om. O*) theod. (postumo *ins. O*) *brev.* haue (habe *VNEPM*, abe *S*) postumiane (posthumiano *C*) kar̄ n̄b (*sic V*, k n̄b *H*, n̄b *N*, kūp *E*, cariss nob *PM*, kme nobis *G*, carissimae nobis *S*, car̄ nob *C*, k. nouemb *X*)] postumo aue postume carissime nobis *O*, altino p̄p̄o *L*: *magistratus incertus* cuique *H*, queque *XL*, quibus *S* 1/2 uernucula *E* 2 quaeque] quae *S* autraria *N*, au.raria $E^{t}$, agraria $E^{v}$ (agraria auraria **E* et *Pith.*), aurana *S* uendendique *GO*, uendidi uel *X*, ue *N* 3 ultro citroque] *VHE*, ultroque $G^{t}$, utrobique *O*, utroque *NCXPMLS*, utraque $G^{v}$ quaestus *E*, qua sit $G^{v}$ familiares *NG* cumulentur *M*, non comoletur *E*, non cumuletur *Pith.* (*ex 2*) 3/4 etsi militares (militates $M^{a}$) s. m. praestationi (-ne $L^{a}$) nectantur (*sic* $VHG^{v}OE^{t}$, mittantur $G^{t}XCPMLS$, teneantur $E^{v}$) *om. N* 4 dat. ui (u *PM*, uii *G*) id. nou. richomere (*sic H*, nichomere *V*, ricomere *OECPMS*, riccomere *N*, secumere *G*) et clearcho (*sic vel* clearco *reliqui*, clyarco *N*) *libri* 5 quicumque] quecumque $G^{a}$ quae ei] quam ei *N*, qua ei *S*, quei *H*, quae *G* nata] donata *C*, abiecta $E^{v}$, abiena *G* ad] aut *X* 5/6 lutionem $L^{a}$ 6 aurariae *HG* minime teneatur (-antur *CE*) *om. L* uendique *S* hunc *L* 7 discurrisse *G* militans est] militent *XC*PM L*(?), militant *S*, militantis est *G* teneantur $G^{a}CPMLS$ aurariae *HG*, auriae *L*

---

XIII, 1, 14 (385 Nov. [?] 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Eos, quos peractae militiae labor decurso stipendiorum ordine vel protectoris honore cumulavit vel honestae vel causariae missionis necessitate donavit, quindecim solidorum in mercimoniis omnibus inmunitatem habere iubemus, agnituros publicum munus, si ultra praestitutum legis nostrae modum emendis vendendisque rebus laxiore sumptu operam voluerint commodare. DAT. PRID. NON. NOVEMB. VERONAE ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

*V*

1 archad̄ *V* 6/7 *subscriptio in die certe a serie reliquorum rescriptorum recedit* 7 conss.] ss. *V*

---

XIII, 1, 15 (386 Apr. 14).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis potentior negotiatorem quempiam, quominus aurum debitum inferat, contra fisci nostri commoditates putaverit defendendum, ipse defensor negotiatoris adscribtam ei quem defenderit summam cogatur expendere. DAT. XVIII KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

*V*

2 fisci] $V^{2*}$, fici $V^{1}$

II, 1, 16 (399 Mai. 8).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes corporatos, de quibus orta querimonia est, quam maturissime praecipimus conveniri, ut aut commoda negotiatorum sequentes a clericorum excusatione discedant aut sacratissimo numini servientes versutis quaestibus intuitu tuae sinceritatis abstineant. Distincta enim stipendia sunt religionis et calliditatis. DAT. VIII ID. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

1 corporatos] copiatas *Reinesius (cf. 13, 1, 1)* 2 quaerimonia *V*

---

II, 1, 17 (399 Iun. 4).

IDEM AA. IANVARINO CONS(VLARI) NVMIDIAE. A negotiatoribus aurum lustrale dependi non ignoramus et cum ad eos soleat distributionis cura recurrere, quos necessitas conlationis adstringit, non convenit municipes hoc onere subiacere. Sciant igitur de corpore suo, sicut in omnibus fere civitatibus, mancipes eligere absque ulla aerarii nostri deminutione, a curialibus alienae functionis distributione reiecta. DAT. PRID. NON. IVN. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

4/5 diminutione *V*

---

II, 1, 18 (400 Iun. 30).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Omnes negotiatores lustralem conferre convenit pensionem. Non solum igitur hi, qui probantur in territoriis sive in civitatibus exercere commercia, subcumbant aurariae functioni, verum etiam, qui studentes fenori crescentis in dies singulos pecuniae accessione laetantur. DAT. PRID. KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

3 aurarie *V* qui] quii *V* faenori *V*

---

II, 1, 19 (403 Mart. 26).

IDEM AAA. SEPTIMINO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Omnes devotionem aurariae functionis agnoscant, quos diversi mercimonii cura constringit, ita ut, quibus negotiandi sollicitudo est, ad solutionem teneantur. DAT. VII KAL. APRIL. RAV(ENNAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. I ET RVMORIDO CONSS.

*V*

1 idem aaa.] *V male brevians (vide ad 14, 3, 21)* septimio *V* 2 constrigit *V* 3 d̄ n̄] a. n̄ *V*

---

II, 1, 20 (410 Mai. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Functiones, quas conferentium frequentia extenuata debilitat, ad stabilitatem revocandae sunt., ut, quod simul et sub una conventione petebatur, sub parva ac minima contributione absque consensu conferentium praebeatur. Hoc in lustralis auri conlatione in perpetuum decernimus observari, illud videlicet praecaventes, ne quis a nostra clementia vectigal huiusmodi audeat postulare. DAT. VIII KAL. IVN. VARANE V̄. C̄. CONS.

*V*

4 consensu] *fortasse* sensu 6 iun.] *sic* (*non* iul.) *V*

XIII, 1, 21 (418 Aug. 21).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo mercator vel possessor rerum, quae lustralis auri conlationi tenentur obnoxiae, patrociniorum fiducia vel nomine cuiuslibet altissimae dignitatis a praedicta se functione aestimet subtrahendum, nec si ad domum dominae ac venerabilis Augustae Pulcheriae germanae nostrae seu nobilissimarum sororum pietatis nostrae pertineat. DAT. XII KAL. SEPT. HONOR(IO) XII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS.

*V*

1 monachio *V* quae] qae *V* 2 conlatione *V* 4 domine *V* 5 nonor. (*sic*) xii et thedosio (*sic*) uiii aa (aaa $V^a$) *V*

## II. DE ARGENTI PRETIO, QVOD THENSAVRIS INFERTVR.

ii *add.* *V*rec. — *Iust.* 10, 78.

XIII, 2, 1 (397 Febr. [?] 19).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iubemus, ut pro argenti summa, quam quis thensauris fuerat inlaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. DAT. XI KAL. MART. CONSTANTI(NO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V.* — IVST. 10, 78, 1.

*3 mensis parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3).*

## III. DE MEDICIS ET PROFESSORIBVS.

*V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).* — iii *add.* *V*rec. — *Iust.* 10, 53: de prof. et med.

XIII, 3, 1 (321/4 Aug. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VOLVSIANVM. Medicos, grammaticos et professores alios litterarum inmunes esse cum rebus, quas in civitatibus suis possident, praecipimus et honoribus fungi; in ius etiam vocari eos vel pati iniuriam prohibemus, ita ut, si quis eos vexaverit, centum milia nummorum aerario inferat a magistratibus vel quinquennalibus
1 exactus, ne ipsi hanc poenam sustineant, servus eis si iniuriam fecerit, flagellis debeat a suo domino verberari coram eo, cui fecerit iniuriam, vel, si dominus consensit, viginti milia nummorum fisco inferat, servo pro pignore, donec summa haec exsolvitur, retinendo.
2. 3 Mercedes etiam eorum et salaria reddi praecipimus. Quoniam gravissimis dignitatibus vel parentes vel domini vel tutores esse non debent, fungi eos honoribus volentes permittimus, invitos non cogimus. P(RO)P(OSITA) KAL. AVG. SIRMIO CRISPO ET CONSTANTINO CC. CONSS.

*V (cum Solms.)*; EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. n. 306).* — Cf. IVST. 10, 53, 6 *(adlata ad l. 3).*

1 Volusiano] *mag. incertus* medicos et gramm. *Montisp.* 2 in ciu. suis *om. Montisp.* fungi (fulgi $V^1$)] *scr.* fungentes 3 in ius . . . 7 retinendo *om. Montisp.* 8 quoniam . . . 9 non debent] *ad sananda corrupta haec vel mutila temptavi talia:* quoniam gravissimis dignitatibus, vel parentes vel domini vel [mariti quae facere debent, remitti nequeunt, id ipsum etiam ad medicos pervenit, sed] tutores esse non debent 10 *subscr. om. Montisp.* pp] *requiritur* dat. cc.] c. *V*; *fuit aut* Crispo II et Constantino II *(a. 321) aut* Crispo III et Constantino III *(a. 324)*

II, 3, 2 (326 [354] Mai. 21).

IDEM A. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Archiatri omnes et ex archiatris ab universis muneribus curialium, senatorum et comitum perfectissimorumque muneribus et obsequiis, quae administratione perfunctis saepe mandantur, a praestationibus quoque publicis liberi inmunesque permaneant nec ad ullam auri et argenti et equorum praestationem vocentur, quae forte praedictis ordinibus aut dignitatibus adscribuntur. Huius autem indulgentiam sanctionis ad filios quoque eorum statuimus pervenire. DAT. XII KAL. IVN. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*V.* — Cf. IVST. 10, 53, 6 *(adlata est ad l. 3).*

2 muneribus curialium *delendum* 6/7 *de subscriptione vide ad 2, 9, 1*

---

II, 3, 3 (333 Sept. 27).

IDEM A. AD POPVLVM. Beneficia divorum retro principum confirmantes medicos et professores litterarum, uxores etiam et filios eorum ab omni functione et ab omnibus muneribus publicis vacare praecipimus nec ad militiam conprehendi neque hospites recipere nec ullo fungi munere, quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant. P(RO)P(OSITA) V KAL. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

**IVST.**

**Medicos [et maxime archiatros vel ex archiatris] *(cf. Th. 13, 3, 2)* [grammaticos et professores alios litterarum] *(cf. Th. 13, 3, 1)* una cum uxoribus et filiis nec non etiam [rebus, quas in civitatibus suis possident] *(cf. Th. 13, 3, 1)* ab omni functione et ab omnibus muneribus civilibus vel publicis immunes esse praecipimus neque in provinciis hospites recipere nec ullo fungi munere [nec ad iudicium deduci vel exhiberi vel iniuriam pati, ut, si quis eos vexaverit, poena arbitrio iudicis plectetur] *(cf. Th. 13, 3, 1)*. [Mercedes etiam eorum et salaria reddi iubemus] *(cf. Th. 13, 3, 1)*, quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant.**

*V. Epit. Parisina (Haenel brev. p. 240).* — IVST. 10, 53, 6.

7 conpraehendi *V* 12 zenofilio *V*

---

I, 3, 4 (362 Mai. 12).

IMP. IVLIANVS A. AD ARCHIATROS. Ratio aequitatis exposcit, ut veterum privilegia principum circa vos censeamus esse firmanda. Proinde nostrae mansuetudinis sanctione subnixi securi a molestiis munerum omnium publicorum reliquum tempus aetatis iugiter agitabitis. DAT. IIII ID. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V.* — *Graece inter opera Iuliani ep. 25$^{b}$.*

3 relicum t. aestatis *V*

---

II, 3, 5 (362 Iun. 17).

IDEM A. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum, iubeo, quisque docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur optimorum conspirante consensu. || Hoc enim decretum [||*fin.* IVST.] ad me tractandum referetur, ut altiore quodam honore nostro iudicio studiis civitatum accedant. DAT. XV KAL. IVL., ACC. IIII KAL. AVGVSTAS SPOLETIO MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V.* — IVST. 10, 53, 7. — *Scholia Vaticana:* Doctores quales esse insinuat et non ut statim exeuntes ex auditoriis, nisi Romae a principe probati, per provinciam ab ordine doctissimorum curialium fuerint, sub ac *[sic]* decreto curialium principi dirigendum, quo possit pro honore civitatis honoribus condonari.

2 quisque] *V,* quisquis *Iust.* 4 enim] *fortasse* dein 5 *scr.* nostra iudicia 6 augustas] *sic V*

XIII, 3, 6 (364 Ian. 11).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si qui erudiendis adulescentibus vita pariter et facundia idoneus erit, vel novum instituat auditorium vel repetat intermissum. DAT. III ID. IAN. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

1 *dies nisi fallit, est Ioviani.*

XIII, 3, 7 (369 Ian. 19).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Reddatur unusquisque patriae suae, qui habitum philosophiae indebite et insolenter usurpare cognoscitur, exceptis his, qui a probatissimis adprobati ab hac debent conluvione secerni. Turpe enim est, ut patriae functiones ferre non possit, qui etiam fortunae vim se ferre profitetur. DAT. XIIII KAL. FEB. SIRMIO VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V.* — IVST. 10, 53, 8.

1 *debuit esse* idem AA. et Gratianus A. 3 conlubione *V*, collisione *Iust.* 4 functiones] *Iust.*, functionis *V* se ferre] *scr.* posse se ferre 4/5 dat.] *immo* pp.; *vide ad 7, 23, 1*

XIII, 3, 8 (370 [368] Ian. 30).

IDEM AAA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Exceptis portus Xysti virginumque Vestalium quot regiones urbis sunt, totidem constituantur || archiatri. ⌜Qui⌝ scientes annonaria sibi commoda a populi commodis ministrari ho-
1 neste obsequi tenuioribus malint quam turpiter servire divitibus. Quos etiam ea patimur accipere, quae sani offerunt pro obsequiis, non ea, quae periclitantes
2 pro salute promittunt. || Quod si huic archiatrorum numero aliquem aut condicio fatalis aut aliqua fortuna decerpserit, in eius locum non patrocinio praepotentium, non gratia iudicantis alius subrogetur, sed horum omnium fideli circumspectoque delectu, qui et ipsorum consortio et archiatriae ipsius dignitate et nostro iudicio dignus habeatur. De cuius nomine referri ad nos protinus oportebit. DAT. III KAL. FEB. TREV(I-RIS) VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

IVST. || *inc.* ⌜ ⌝ *om.* || *fin.*

*V.* — IVST. 10, 53, 9.

1 xysti] *Gothofredus.* syxti *V* 2 quod *V* 3 ministrari] *Iust., om. V* 6 aut] autem *V* 9 dilectu *(sic) V* et arch.] ed arch. *V* 10/11 triū *V* 11 iii] *scr.* ii *propter magistratum*

XIII, 3, 9 (370 Mart. 10).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si qui in archiatri defuncti est locum promotionis meritis adgregandus, non ante eorum particeps fiat, quam primis qui in ordine repperientur septem vel eo amplius iudicantibus idoneus adprobetur, ita ⌈ ut, quicumque fuerit admissus, non ⌜ad⌝ priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui ceteris ad priora subvectis
1 ultimus poterit inveniri. || Hisque annonarum compendia, quae eorum sunt meritis dignitatique praestanda, tua sinceritas iuxta dispositionem prius habitam faciat ministrari. DAT. VI ID. MART. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

IVST. ⌈ tamen ⌜in⌝ || *fin.*

*V.* — IVST. 10, 53, 10.

1 ppū *V* quis *Iust.*

II, 3, 10 (370 [?] Apr. 29).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Medicis et magistris urbis Romae sciant omnes inmunitatem esse concessam, ita ut etiam uxores eorum ab omni inquietudine tribuantur inmunes et a ceteris oneribus publicis vacent, eosdemque ad militiam minime conprehendi placeat, sed nec hospites militares recipiant. DAT. III KAL. MAI. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

*V*

1 principium] *fortasse* praetextatum *pariter atque 13, 3, 8, certe Principio ppo a. 384—386 hic non est locus* 3 tribuantur] habeantur *Haenel* honoribus *V*ᵃ *Dies, si ad Praetextatum data est, emendandus similiter atque 13, 3, 8*

II, 3, 11 (376 Mai. 23).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. ANTONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALLIARVM. Per omnem dioecesim commissam magnificentiae tuae frequentissimis in civitatibus, quae pollent et eminent claritudine, praeceptorum optimi quique erudiendae praesideant iuventuti: rhetores loquimur et grammaticos Atticae Romanaeque doctrinae. Quorum oratoribus viginti quattuor annonarum e fisco emolumenta donentur, grammaticis Latino vel Graeco duodecim annonarum deductior paulo numerus ex more praestetur, ut singulis urbibus, quae metropoles nuncupantur, nobilium professorum electio celebretur nec vero iudicemus, liberum ut sit cuique civitati suos doctores et magistros placito sibi iuvare compendio. Trevirorum vel clarissimae civitati uberius aliquid putavimus deferendum, rhetori ut triginta, item viginti grammatico Latino, Graeco etiam, si qui dignus repperiri potuerit, duodecim praebeantur annonae. DAT. X KAL. IVN. VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

*V.* — EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. n. 306).*

1 ad antonium *Montisp.* 2 per omnem . . . 3 praeceptorum *om. Montisp.* 3 optimi . . . 6 praestetur *post* 7 celebretur *Montisp.* 4 iuuenti *Montisp.* grammaticos atticae] grammaticae *Montisp.* 5 uiginti quattuor] *sic V Montisp.; potest cogitari de numero minore, puta* viginti *propter verba quae sequuntur* deductior paulo numerus 6 ut] in *Montisp.* 7 urbis *Montisp.* metropolis *V* nuncupantur] *V,* appellantur *Montisp.* 8 nec uero . . . 9 compendio *om. Montisp.* nec uero iudicemus liberum ut sit] *malim* nec uero liberum sit quique *V* 9 iubare *V* trineororum *V,* triumuirorum *Montisp.* uel] *scr.* uero 11/12 *subscr. om. Montisp.*

II, 3, 12 (379 Sept. 14).

IDEM AAA. VINDICIANO. Archiatrorum, qui intra penetralia regalis aulae totius vitae probitate floruerunt, nulla dignitatem sequatur expensa neque eorum fatiget heredes. Ab his etiam, qui comitivae honore donati sunt, ut consuetudo poscebat, sordidi muneris interpellatio conquiescat. Nam dilecti a patribus adque suscepti honoris ac muneris incrementa servamus. DAT. XVIII KAL. OCTOB. TREV(IRIS) AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

*V*

1 *requiritur* imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius Vindiciano] *conferenda est constitutio a. 379 missa* ad Vindicianum v. c. vicarium (10, 19, 9), *item apud Marcellam empiricum (p. 21 Helmreich) epistula* Vindiciani comitis archiatrorum ad Valentinianum imp. 2 dignitatem] *Gothofredus,* dignitate *V* 5 triu *V*

II, 3, 13 (387 Ian. 22).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PINIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quid inpetratis subrepticiis in iudicio suo magnificentia tua ita viderit actitatum, ut his legibus, quae ad relationes promulgatae sunt, videatur aliquid inminutum, rescissis omnibus, quae per gratiam gesta videbuntur, eorum tenorem super archiatris ordinandis,

quae a divae memoriae patre nostro constituta sunt, a nobis quoque confirmata ex huius auctoritate rescribti faciet omnifariam custodiri. DAT. XI KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

*V*

1 diue memoriae * patre *V*

XIII, 3, 14 (387 Mart. 10).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ea, quae principes veteres archiatris sacri palatii, salutaris ac necessariae artis professoribus, sacro et mansuro in aeternum iudicio detulerunt, et antiquorum contemplatione iussorum et laborum praesentium intuitu roborata in perpetuum manere praecipimus nec ulla cuiuspiam inprobitate convelli. DAT. VI ID. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

*V*

XIII, 3, 15 (393 Iul. 26).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Archiatrorum privilegia, quae iis vetustis sanctionibus attributa sunt, inlibata volumus permanere ac tenere perpetem firmitatem. Hoc quoque addendum esse censuimus, ut qui egerunt administrationes aut earum honore fungentur vel dimissi e palatio testimonialium suffragio munientur, ad describtiones senatorias non vocentur, sed ab omnibus muniis absoluti liberi adque securi dignitatis praemiis perfruantur. DAT. VII KAL. AVGVST. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

2 iis] his *V* inlibata] *V*[2*], libata *V*[1]

XIII, 3, 16 (414 Nov. 30).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Grammaticos oratores adque philosophiae praeceptores nec non etiam medicos praeter haec quae retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt privilegia inmunitatesque frui hac praerogativa praecipimus, ut universi, qui in sacro palatio inter archiatros militarunt ⌜cum comitiva primi ordinis vel secundi⌝, nulla municipali, nulla curialium ⌜conlatione, nulla senatoria vel glebali describtione⌝ vexentur, seu indepta administratione seu accepta testimoniali meruerint missionem, sint ab omni functione omnibusque muneribus publicis inmunes nec eorum domus ubicumque positae militem seu iudicem suscipiant hospitandum. Quae omnia filiis etiam eorum et coniugibus inlibata praecipimus custodiri, ⌜ita ut nec ad militiam liberi memoratorum trahantur inviti⌝. Haec autem et professoribus memoratis eorumque liberis deferenda mandamus. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTAN(TINO)P(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

IVST.
⌜cum comitiuam pr. ord. u. sec. adepti fuerint aut maioris gradum dignitatis ascenderint⌝ (*cf. Th. 13, 3, 19*) | ⌜conlatione . . . describtione] conventione⌝

⌜ita . . . inuiti⌝ *om.*

*V*. — IVST. 10, 53, 11.

1 monachio *V* ppo] *immo* pu grammaticos . . . 2 nec non etiam *item clausula* 16 haec . . . mandamus *post intervallum adiecta sunt* | 3 hac] ac *V* 9 testimoniali] *V Iust. (I)*, testimonialem *Iust. (KO)*

II, 3, 17 (414 Nov. 30).

IDEM AA. HELIONI MAG(ISTRO) OFF(I)C(IO)R(VM). Artium liberalium professoribus ac praecipue medicis, qui cum comitivae primi ordinis ac secundi militant dignitate, privilegia et beneficia a retro principibus praestita nec non etiam nova ipsis eorumque filiis clementia nostra detulit, ut cohaerens sanctio protestatur: quae tenaciter observari oportet. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTAN(TINO)P(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

*V*

4 coherens *V* quae *collocari debuit ante* detulit

---

II, 3, 18 (427 Aug. 19).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HELIONI MAG(ISTRO) OFFIC(I)OR(VM). Habente propriam firmitatem secundo nostrae maiestatis oraculo, quod de excusandis sive praebendis his quae militantibus debentur hospitiis promulgatum est, illa, quae dudum circa archiatros et magistros sanximus litterarum, observentur. Hos enim pro necessariis artibus et liberalibus disciplinis hospitali molestia, quoad viverent, liberari praecipimus. Inlibata ergo permaneant illa, quae quondam circa archiatros, quos in palatio nostro primi vel secundi ordinis comites militasse constiterit, et circa liberalium litterarum magistros videntur a nobis iustissime constituta. DAT. XIIII KAL. SEPTE(MB). HIERIO ET ARDABVRE CONSS.

IVST.
Archiatros nostri palatii nec non urbis Romae et magistros litterarum pro necessariis artibus et liberalibus disciplinis nec non picturae professores, si modo ingenui sunt, hospitali molestia quoad vivent liberari praecipimus *fin.*

*V.* — IVST. 12, 40, 8 *(cf. ad* 13, 4, 4*).*

2 habentem *V* 4 praeuendis *V*

---

II, 3, 19 (428 Iul. 13).

IDEM AA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Archiatrorum sacri palatii obsequia cogitantes id praesenti sanctione decernimus, ut, si qui ex his aut primi ordinis adepti fuerint comitivam aut maioris gradum dignitatis ascenderint, secundum id, quod eis dudum per sacras constitutiones indultum est, a glebali conlatione specialiter inmunes sint, non praeiudicante eis novella lege, per quam iussimus, exceptis quibusdam dignitatibus quae illic nominatae sunt, senatoria munera omnes agnoscere. DAT. III ID. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

*V. — Cf. Iust. 10, 53, 11 (vide ad Th. 13, 3, 16).*

## IIII. DE EXCVSATIONIBVS ARTIFICVM.

*V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240)* — iiii *add. V*[1*]. — *Iust.* 10, 66.

[I, 4, 1 (334 Aug. [?] 27 [?]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD FELICEM. Architectis quam plurimis opus est; sed quia non sunt, sublimitas tua in provinciis Africanis ad hoc studium eos inpellat, qui ad annos ferme duodeviginti nati liberales litteras degustaverint. Quibus ut hoc gratum sit, tam ipsos quam eorum parentes ab his, quae personis iniungi solent, volumus esse inmunes ipsisque qui discent salarium competens statui. P(RO)P(OSITA) VI KAL. SEPT. KARTHAGINE OPTATO ET PAVLINO CONSS.

*V;* EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. 306).*

1 imp. c. a.] idem *(praecedit* 13, 3, 1*) Montisp.* Felicem] *scilicet* ppo 2 sublimitas tua in prouinciis Africanis] *scr.* in prou. afr. subl. tua, *om. Montisp.* 4 iniugi *V* 5/6 *subscr. (quae redit paulo diverse 13, 5, 6) om. Montisp.*

XIII, 4, 2 (337 Aug. 2).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Artifices artium brevi subdito conprehensarum per singulas civitates morantes ab universis muneribus vacare praecipimus, si quidem ediscendis artibus otium sit adcommodandum, quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri et suos filios erudire. DAT. IIII NON. AVG. FELICIANO ET TITIANO CONSS.

*V Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).* — IVST. 10, 66, 1.

1 idem A.] *recte fortasse, quamquam data est postquam Constantinus obiit a. eo die XI k. Iun.; nam die demum V id. Sept. filii Augusti nuncupati sunt et interim, ut ait Eusebius vita Constantini 4, 67 (cf. Socrates h. eccl. 1, 40), ἐβασίλευε μετὰ θάνατον . . . ἐπράττετο δὲ τὰ συνήθη ὡσανεὶ καὶ ζῶντος αὐτοῦ.* ppo] *Iust. (Paris. 4521), om. V Iust. (rel.)* 3/4 peritores *V*[1]

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 architecti<br>= *Iust.* | 7 laquearii<br>laquaearii *V*: = *οἱ τὸ λακκία ποιοῦντες Iust. (Graec.)*, lectarii (*al.* electarii) seu lactarii *Iust. (Lat.)* | 13 albarii<br>albini, quos Graeci *κονιάτας* appellant *Iust.* | 19 tignarii<br>signarii *Iust. (Lat.), γλύπται Iust. (Gr.)* |
| 2 medici<br>= *Iust. (Graec.)* | 8 lapidarii<br>cauidarii *(IX)*, clauigarii *(O)*, clauiclarii *(K) Iust. (Lat.), καρδαράριοι Iust. (Graec.)* | 14 argentarii<br>= *Iust.* | 20 structores |
| 3 mulomedici<br>= *Iust. (Graec.)* | 9 quadratarii<br>quadratarii (*v. l.* quadrigarii) quos Graeco vocabulo *λιθοθήκτας* appellant *Iust.* | 15 barbaricarii<br>= *Iust.* | 21 scansores<br>scasores *V: cf. glossae vol. 2 p. 179:* scansor *καταστρωτής; titulus in quo* scasor *redit C. I. L. VI, 3013* (cf. n. 2947*) Ligorianus est* |
| 4 pictores<br>= *Iust.* | 10 sculptores<br>sculptores ligni *(γλύπται ξύλων Graec.) Iust.* | 16 diatretarii<br>*Iust.*, diatritarii *V* | 22 intestinarii |
| 5 statuarii<br>= *Iust.* | 11 musivarii<br>musarii *Iust.* | 17 aerarii<br>= *Iust.* | 23 ferrarii |
| 6 marmorarii<br>= *Iust.* | 12 deauratores<br>= *Iust.* | 18 fusores<br>= *Iust.* | 24 blattiarii |
| 25 tessellarii | 28 aurifices<br>= *Iust.* | 31 specularii<br>= *Iust.* | 34 carpentarii<br>= *Iust.* |
| 26 aquae libratores<br>= *Iust.* | 29 vitriarii<br>= *Iust.* | 32 eburarii<br>= *Iust.* | 35 fullones<br>= *Iust.* |
| 27 figuli<br>= figuli qui Graece *κεραμεῖς* dicuntur *Iust.* | 30 plumbarii<br>= *Iust.* | 33 pelliones<br>= *Iust.* | |

**IVST.**

**Et est notitia ista: architecti medici mulomedici pictores statuarii marmorarii lectarii seu laccarii clavicarii quadrigarii quadratarii, quos Graeco vocabulo *λιθοθήκτας* appellant, structores, id est aedificatores, sculptores ligni musarii deauratores albini, quos Graeci *κονιάτας* appellant, argentarii barbaricarii diatretarii aerarii fusores signarii fabri bracarii aquae libratores figuli, qui Graece *κεραμεῖς* dicuntur, aurifices vitrearii plumbarii specularii eborarii pelliones fullones carpentarii sculptores dealbatores clusores linarii tignarii blattearii, id est *πεταλουργοί*.** ***Lectio multis locis dubia est neque versionis Graecae textum habemus plene traditum.***

*V hoc ordine:* 1. 7. 13. 19 — 2. 8. 14. 20 — 3. 9. 15. 21 — 4. 10. 16. 22 — 5. 11. 17. 23 — 6. 12. 18. 24 — 25. 28. 31. 34 — 26. 29. 32. 35 — 27. 30. 33; *Iust. sic: 1—9. 10—19. 26—33. 35. 34, interponens inter 9 et 10* structores id est aedificatores (= 20 *V*), *inter 19 et 26:* fabri bracarii *et post 35. 34 addens:* tergarii *(sic X, = 23 V)* sculptores dealbatores clusores *(κνίσται Graece, si recte hoc voc. huc refertur)* linarii lignarii (*vel* tignarii *vel* trigarii) blattearii (= 24 *V*) id est *πεταλουργοί (in quibus quid varient libri non affero plene). Antiquum quem iudico ordinem numeri indicant. In Vaticani archetypo artificum notitia scripta fuit per duas paginas ordine quaterno, ita ut pagina priore singuli ordines haberent versus senos, posteriore ternos. Vaticani librarius ad ordines eos non attendens et lectionem continuans laterculum pessum dedit. Exemplar Iustinianum versuum ordinem retinuit, sed librarii posteriores alia omiserunt, alia perturbaverunt.*

I, 4, 3 (344 Iul. 6).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD LEONTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Mechanicos et geometras et architectos, qui divisiones partium omnium incisionesque servant mensurisque et institutis operam ⌜fabricationi⌝ stringunt, et eos, qui aquarum inventos ductus et modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi adque discendi nostro sermone ⌜perpellimus⌝. Itaque inmunitatibus gaudeant et suscipiant docendos qui docere sufficiunt. DAT. PRID. NON. IVL. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS.

IVST. ⌜fabricationibus⌝ ... ⌜compellimus⌝

*V.* — IVST. 10, 66, 2.

2 geometros *V*ᵃ diuuisiones *V*¹ 3/4 strigunt *V* 6 perpellimus] *Cuiacius*, perpendimus *V*, compellimus *Iust.* 7 lentio *V*ᵃ

I, 4, 4 (374 Iun. 20).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD CHILONEM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Picturae professores, si modo ingenui sunt, placuit neque sui capitis censione neque uxorum aut etiam liberorum nomine tributis esse munificos et ne servos quidem barbaros in censuali adscribtione profiteri, ad negotiatorum quoque conlationem non devocari, si modo ea in mercibus habeant, quae sunt propria artis ipsorum. Pergulas et officinas in locis publicis sine pensione optineant, si tamen in his usum propriae artis exerceant, neve quemquam hospitem inviti recipiant, lege praescribsimus neve pedaneorum iudicum sint obnoxii potestati arbitriumque habeant consistendi in civitate, quam elegerint, neve ad prosecutiones equorum vel ad praebendas operas devocentur; neve a iudicibus ad efficiendos sacros vultus aut publicorum operum expolitionem sine mercede cogantur. Quae omnia sic concessimus, ut, si quis circa eos statuta neglexerit, ea teneatur poena, qua sacrilegi cohercentur. DAT. XII KAL. IVL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

IVST. Picturae professores si modo ingenui sunt hospitali molestia quoad vivant liberari praecipimus *fin.*

*V.* — IVST. 12, 40, 8 (*cf. ad Th.* 13, 3, 18).

2 *idem Chilo in constitutione 13, 6, 7 a. 375 appellatur* procos. Africae, *item apud Ammianum 28, 1, 8 ad a. 368* ex vicario 10 praeuendas *V* 11 mercedem *V*¹ 12 teneantur *V* 13 triū *V*

# V. DE NAVICVLARIIS.

u] *numerum add. V*²*. — *Iust.* 11, 2: de naviculariis seu naucleris publicas species transportantibus.

I, 5, 1 (314 Mart. 19).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VOLVSIANVM. Si navicularius originalis levamentarius fuerit, nihilo minus aput eosdem, aput quos et parentes eius fuisse videntur, firmiter permanebit. DAT. XIIII KAL. APRIL. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

*V*

1 constantius *V* Volusianum] *praef. urbi.* nau. or.] *scr.* or. nau. 2 *confirmat subscriptionem laterculus praefectorum*

I, 5, 2 (315 Iun. 1 [Dec. 30]).

IDEM A. AMABILIANO PRAEFECTO ANNONAE. Navicularios ad consortium pistorum urbicorum nominatos neque ulla hereditatis successione pistoribus obnoxios absolvi ab hoc munere oportebit. Quod si hereditario iure forsitan pistoribus teneantur, facultatem habeant, si forte maluerint, obventicias pistorum hereditates eidem corpori reddere aut

3 hereditari *V*¹ 4 obuenticias] *Meinardus*, obuendicias *V*¹, ob uindicias *V*² corporis *V*

quibuscumque proximis defuncti cedere, ut ipsi a pistorum consortio liberentur. Quod si hereditatem amplectantur, necesse est successionis ratione pistorii muneris societatem eos suscipere et ex propriis facultatibus onera navicularia sustinere, v(iro) c(larissimo) pr(ae)f(ecto) urbi super hac re videlicet disceptante. DAT. KAL. IVN. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

*V*

4 iun.] *V*, ian. *Gothofredus* triū *V* 4/5 *propter subscriptionem vide ad 11, 30, 5*

XIII, 5, 3 (319 [315] Mai. 28).

IDEM A. AMABILIANO P(RAE)F(ECTO) ANNONAE. Si quis navicularius per obreptionem vel quacumque ratione inmunitatem inpetraverit, ad excusationem eum admitti nullo modo volumus. 1 Sed et si quis patrimonium naviculario muneri obnoxium possidet, licet altioris sit dignitatis, nihil ei honoris privilegia, in hac parte dumtaxat, opitulentur, sed sive pro solido sive pro portione huic muneri teneatur. Nec enim aequum est, ut patrimonio huic functioni obnoxio excusato commune onus non omnes pro virili sustineant portione. P(RO)P(OSITA) V KAL. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) CONSTANTINO A. V ET LICIN(IO) CAES. CONSS.

*V*

2 quaecumque *V*[1] admitti nullo] *Cuiacius*, admitti in ullo *V* 7 *propter subscriptionem vide ad 11, 30, 4*

XIII, 5, 4 (324 Mart. 8).

IDEM A. HELPIDIO. Ex quocumqne Hispaniae litore Portum urbis Romae navicularii navis intraverit, quae onus dumtaxat fiscale subvexerit, eandem sine interpellatione cuiusquam abire praecipimus nec ulli extraordinario oneri deservire, ut facilius iniuncta sibi possit implere obsequia. DAT. VIII ID. MART. THESSALONICAE CRISPO III ET CONSTANTINO III CONSS.

*V. — Scholia Vaticana:* in hac urbe modo non tenet.

1 Helpidio] *fortasse* agenti vices praefectorum *annus num recte traditus sit, collata const. 13, 5, 8 potest dubitari*

XIII, 5, 5 (326 Sept. 18).

IDEM A. AD ABLAVIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Navicularios omnes per orbem terrarum per omne aevum ab omnibus oneribus et muneribus, cuiuscumque fuerint loci vel dignitatis, securos vacuos inmunesque esse praecipimus, sive decuriones sint sive plebei seu potioris alterius dignitatis, ut a conlationibus et omnibus oblationibus liberati integris patrimoniis naviculariurn munus exerceant. 1 Naves quoque eorum, quantaecumque fuerint, ad aliud munus ipsis invitis teneri non convenit, ad quodcumque litus accesserint; litorum custodibus et vectigalium praepositis exactoribus decurionibus adque rationalibus et iudicibus scituris, quod qui hanc legem violaverit capite punietur. DAT. XIIII KAL. OCTOB. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*V*

4 alterius] *delendum aut scr.* altiores ut] aut *V*

XIII, 5, 6 (334 Sept. [?] 7 [?]).

IDEM A. AD FELICEM. Commoda nobis visa est ea dispositio, quae expresse navicularios in hunc ordinem formavit, ut non promiscue, sed per vicissitudines rite servatas

1 Felicem] *scilicet* p̄p̄o

iuges cursus agnoscerent et exiguos implerent, quo ita levamentis alternantis auxilii cunctorum fortunae et tenuiorum potissimum confirmarentur nec necessitas fieret aliquos semper longiora lustrare ac plerisque obnoxios casibus fieri. Quod ne ulterius possit accidere, labor omnibus par et iustus adiunctus sit et subsidia pari ratione deferantur nec tenuiores in querellas infructuosae conplorationis incurrant. P(RO)P(OSITA) VII ID. SEPT. KARTHAGINE OPTATO ET PAVLINO CONSS.

*V*

1 currus *V*¹ 2 tenuiorum] *Cuiacius*, tenuioribusum *V* confirmarentur] *Haenel*, confirmentur *Cuiacius*, confirmen *V* 5 sept.] se.. *V* *(em. m. rec.)* *propter diem vide ad 13, 4, 1*

---

II, 5, 7 (334 Dec. 1).

IDEM A. NAVICVLARIIS ORIENTIS. Pro commoditate urbis, quam aeterno nomine iubente deo donavimus, haec vobis privilegia credidimus deferenda, ut navicularii omnes a civilibus muneribus et oneribus et obsequiis habeantur inmunes et ne honores quidem civicos, ex quibus aliquod incommodum sentiant, subire cogantur. Ab administratione etiam tutelae, sive legitimae sive eius, quam magistratus aut provinciae rectores iniungunt, habeantur inmunes. Et vacatione legis Iuliae et Papiae potiantur, ut etiam nullis intervenientibus liberis et viri ex testamento uxorum solidum capiant et ad uxores integra voluntas perveniat maritorum. De proprietate etiam vel hereditate vel qualibet alia civili causa pulsati ne ex rescribto quidem nostro ad extraordinarium iudicium evocentur, sed agentibus in suo foro respondeant. Et ad exemplum Alexandrini stoli quaternas in frumento centesimas consequantur ac praeterea per singula milia singulos solidos, ut his omnibus animati et nihil paene de suis facultatibus expendentes cura sua frequentent maritimos commeatus. ACC(EPTA) KAL. DEC. OPTATO ET PAVLINO CONSS.

*V*

5 eius] *V*²*, ius *V*¹ 7 liberis] *Cuiacius*, lucris *V* 10 stoli] cursus *superscripsit* *V*²*

---

II, 5, 8 (336 Mai. 19).

IDEM A. AD SEVERVM. Navicularios Hispaniarum neque ad extraordinaria teneri officia neque alicubi retentos moras sustinere oportet, sed relatorias traditarum specierum intra decem dies a susceptoribus percipere, cumque ad aliquas insulas portus litora stationes accesserint, ostensis relatoriis nullam prorsus inquietudinem sustinere. DAT. XIIII KAL. IVN. NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

*V*

1 Severum] *comitem Hispaniarum* *vide de anno ad 13, 5, 4*

---

III, 5, 9 (357 Iun. 1 [Mai. . . .]).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. OLYBRIO P(RAEFECTO) V(RBI). Nullam vim oportet navicularios sustinere delegatas species annonarias transferentes nec concussiones perpeti nec aliquod genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri, decem auri libras multa proponenda his, qui eos inquietare temptaverint. DAT. KAL. IVN. ROM(AE) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

*V*. — IVST. 11, 2, 1.

1 olybrio] orfito *Gothofredus probabiliter* uim] *Iust.*, u̅i̅ (= uir inlustris) *V* 3 aliquod] *Iust.*, aliquid *V* 4 libras] *V*, librarum *Iust.* temptauerit *V* 5 ā. *om. V.* — *Constantius cum hoc anno Romae fuerit a. IIII k. Mai. ad IIII k. Iunias, apparet ante k. excidisse numerum*

XIII, 5, 10 (364 Mart. [?] 8?).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD AMPELIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Navicularios Africanos, qui idonea publicis dispositionibus ac necessitatibus ligna convectant, privilegiis concessis dudum rursus augemus. DAT. XIII ID. MART. HADRIANOP(OLI) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

3 xiii] *scr.* uiii. *Sed eo tempore Valentinianus non fuit Hadrianopoli*

---

XIII, 5, 11 (365 Ian. 11).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis ex naviculariorum corpore defugiens solita munia ad honores indebitos venit, in corporis sui consortia revertatur. ET CETERA. DAT. III ID. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

---

XIII, 5, 12 (369 Mai. 14).

IDEM AA. AD DEMETRIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE) AFRIC(AE). Si quis naviculariorum ex nostrae perennitatis indulto fori translationem potuerit optinere, fructu careat impetrati. Circa feminarum vero personas veterum statuta teneantur, ut, in quibus foris antiqua eas dispositione constet adscribtas, illic navicularii oneris munus agnoscant. Ut enim in litibus causisque privatis fora easdem sequi convenit maritorum, ita in publicis necessitatibus originis debent servare rationem. DAT. PRID. ID. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V*

1 *debuit addi* Gratianus 4 antiqua eas disp.] *Tilius,* antiquae ad disp. *V* 6 triū *V*

---

XIII, 5, 13 (369 Dec. 2).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Sicut olim de linteonibus et naviculariis divus Constantinus instituit, ita nunc ex omnibus sexaginta ad praesentis necessitatis teneantur inpensas, quos tamen idoneos et communis delectus adseruit et facultatum inspectio conprobavit et sententia tuae sublimitatis adstruxit. Quibus, si quem aut necessitas fatalis aut inopia repentina aut aliquis casus inviderit, ex vocationibus obnoxiis oportebit idoneum subrogari. Sed sollicita inspectione prospiciatur, ne a quoquam amplius postuletur quam necessitas exegit lavacrorum vel instituta iam dudum forma praescribsit. DAT. IIII NON. DEC. TREV(IRIS) VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V*

1 *debuit scribi* idem AAA. linteonibus] *V*, lintrionibus *Gothofredus* 3 dilectus *V* | 4 adstruxit] *Haenel,* adstrixit *V* 5 uocationibus] *scr.* uocationi 7 e.egit *V*ᵃ 8 triū *V*

---

XIII, 5, 14 (371 Febr. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS, AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iuxta eum tenorem, quem a divo principe Constantio datum Musoniani clarissimae memoriae p(raefecti) p(raetorio) executione constat esse roboratum, intra Orientales provincias naviculariorum corpus impleri iubemus, ea videlicet statutorum ratione servata, ut per eminentiam tuam numerus naviculariorum designetur tam intra Orientem

2 datum musoniani] *scripsi,* data musoniani *V*, data musoniano *Gothofredus*

quam intra Aegyptiacas partes, qui praesenti possit indictione conpleri, excusandis videlicet pro denum milium modiorum luitione quinquagenis numero iugis in annonaria praestatione dumtaxat, ita ut vestes adque equi ceteraeque canonicae species ab indictione
1 eadem non negentur. Ad conficienda vero competentia navigia a provincialibus cunctis primitus materiae postulentur, reparationem deinceps per singulos annos isdem navicu-
2 lariis ex concessa iugorum inmunitate curaturis. Eorundem autem naviculariorum ex fide nobis nomina loca substantiae nuntientur brevibus duplici ratione conscribtis, quot
3 videlicet de veteribus quotque sint et quales recenti adsociati delectu. His autem navicularii, qui fuerint instituti, servari privilegia Africana decernimus, ita ut facultati-
4 bus propriis per succedaneas hereditatum vices perpetuo sint obnoxii functioni. Et sunt corpora, de quibus navicularii ex indictione quinta decima constituendi sunt iuxta sacram iussionem ita: ex administratoribus ceterisque honorariis viris praeter eos, qui intra palatium sacrum versati sunt, de coetibus curialibus et de veteribus idoneis naviculariis et de ordine primipilario. Et de senatoria dignitate ut, si qui voluerint freti facultatibus, consortio naviculariorum congregentur. DAT. III ID. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

*V*

1 iudictione] *Gothofredus*, intentione *V* 3 canonicae] *Cuiacius*, canicae *V* 4 negentur] *Gothofredus*, negatur *V* a] *Gothofredus*, *om.* *V* 5 hisdem *V* 6 iugorum] *V*[2*], iogorum *V*[1] curatoris *V* 7 quod *V* 8 quodque *V* adsociati delectu] *scripsi*, adsocietate delecti *V* 13 de coetibus] *scr.* et de coetibus

I, 5, 15 (379 Iul. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quisquis naviculariorum codicillis optaverit ornari, praebitioni equorum intellegat se esse subdendum. ACC(EPTA) XII KAL. AVG. CONSTANTINAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

*V*

1 ual.] et ual. *V* 3 auxioni *V*

I, 5, 16 (380 Febr. 6).

IDEM AAA. CORPORI NAVICVLARIORVM. Delatam vobis a divo Constantino et Iuliano principibus aeternis equestris ordinis dignitatem nos firmamus. Quod cum ita sit, si quis contra interdicta innumerabilium sanctionum corporali vos iniuria pulsare audeat, digna expiatione est luiturus ausum inmanis admissi, apparitione quoque sua ultimo supplicio deputanda, cuius monitio hanc debet sollicitudinem sustinere, ut iudices prava forsitan
1 indignatione succensos ab inlicitis tempestiva suggestione deducat. Huic illud additur, ne, qui certum ordinem ex nostra definitione retinetis, ulli vos alteri hominum generi haerere vereamini nec timeatis vos civitatium municipibus innecti. Ex nullo itaque nexu, nulla causa, nulla persona decurionum vos obsequia contingent, cum praesertim priscis constitutionibus, quarum series orationis paginis antelata est, magis illud invaluisse perhibeatis, ut plerumque et ordinarios curiales naviculariorum sibi necessitas
2 vindicaret. Quod vero ad negotiationis commodum advehendasque merces spectat ac respicit, in eo sollers cura competentium iudicum providebit, ut optentu nominis vestri non passim ac sine consideratione negotiatorum lateat inmunitas nec ipsi dudum delati beneficii privilegiis fructuque fraudemini. DAT. VIII ID. FEB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*V*

1 diuis *malim* 3/4 *post* audeat *inserit* nisi qui *(repetens fere illud* si qui*)* *V* 4 ausum] *Gothofredus*, aurum *V* 5 sustine *(in exitu uersus)* *V* 8 herere *V* 14 possim *V* 15 triū *V*

XIII, 5, 17 (386 Apr. 20).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes navicularii per omne aevum ab omnibus oneribus et muneribus et conlationibus et oblationibus subleventur, cuiuscumque loci fuerint vel dignitatis. Et quicumque contra istam fecerit legem, seu custos litorum seu vectigalium praepositus seu exactor vel decurio seu rationalis vel iudex cuiuscumque provinciae, exhibitus sublatis universis facultatibus suis capitali sententiae subiugetur. DAT. XII KAL. MAI. AQVIL(EIAE) HONOR(IO) N. P. ET EVODIO CONSS.

*V*

3 contristam *V*[a]

---

XIII, 5, 18 (390 Febr. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ALEXANDRO P(RAE)F(ECTO) AVGVSTALI. Iudaeorum corpus ac Samaritanum ad naviculariam functionem non iure vocari cognoscitur; quidquid enim universo corpori videtur indici, nullam specialiter potest obligare personam. Unde sicut inopes vilibusque commerciis occupati naviculariae translationis munus obire non debent, ita idoneos facultatibus, qui ex his corporibus deligi poterunt ad praedictam functionem, haberi non oportet inmunes. DAT. XII KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*V*

2 sammaritanum *V* 3 quidqui *V* 7 constantinopoli] *Theodosius eo anno fuit Mediolani* neotherio *V*

---

XIII, 5, 19 (390 Sept. 8).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quae de naviculariis et curialibus ordinasti, maneant inlibata adque perpetua; sint perpetuo navicularii, quia, qui merito esse debeant, providisti. Ac si, cum obierint, subolem non relinquent, quilibet in eorum facultatibus qualibet ratione successerit, auctoris sui munus agnoscet. Manebit vero in ordine curiali et ei filius in officium curiale succedat. Nihil hic subripiendum decerpet ambitio; ipsa denique, si quoquo modo annotatio elicita fuerit, excludatur. DAT. VI ID. SEPT. VERONAE VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*V*

3 quilibet] *scripsi*, quique ille *V* 6 annotatio (-ti *V*) el. fuer.] *scr.* elicita fuerit annotatio 7 neotherio *V*

---

XIII, 5, 20 (392 Apr. 12).

IDEM AAA. HYPATIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. Eum, qui agentum in rebus militiam adeptus est, certis et debitis, eatenus naviculariae inquietudinis suspicione submota, frui privilegiis non vetamus, si nec genere naviculariorum corpori cohaeret nec nauarchiae obnoxias functioni retinet facultates. DAT. PRID. ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

*V.* — *Scholia Vaticana:* magistrianum ex naviculario corpore factum privilegio non carere, sed facultates habere liberas ei licebit.

2 debetis *V* 3 coheret *V* 4 archadio *V* ā *om.* *V*

---

XIII, 5, 21 (392 Febr. 15).

IDEM AAA. APODEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET AFRIC(AE). Unusquisque navicularius noverit intra biennium aut securitatem suscepti oneris reportandam aut pericu-

1 et africae *delendum, vide ad 11, 30, 51*

lorum adprobandam esse fortunam. DAT. XV KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

*V*

1 archadio *V*

---

I, 5, 22 (393 Sept. 3).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Naviculariorum vires ac debitas huic necessitati origines in ipsis provinciis honoratorum fides lecta pensabit mansurumque aliquid definiet vel revocando excusatos vel debitos obligando. Quos compositis omnibus ad nos referre necesse est scituros a nobis de suo iudicio iudicandum. DAT. III NON. SEPT. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

---

I, 5, 23 (393 Dec. 11).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Solos navicularios a vectigali praestatione inmunes esse praecipimus. Omnes vero mercatores teneri ad supra dictam praestationem in solvendis vectigalibus absque aliqua exceptione decernimus. DAT. III ID. DECEM(B). THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

---

I, 5, 24 (395 Mai. 26).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. PROVINCIALIBVS AFRIC(AE). Ne qua causatio vectigalium nomine relinquatur, hoc observari decernimus, ut nulla omnino exactio navicularii ingeratur, || cum sibi rem gerere probabuntur, || sed a praestatione vectigalium habeantur inmunes. DAT. VII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

IVST.
|| *inc.* exceptis nau. c. s. r. g. probabuntur *fin.* ||

*V*. — IVST. 4, 61, 6.

---

I, 5, 25 (395 Dec. 26).

IDEM AA. ENNOIO SVO SAL(VTEM). De naviculariis et curialibus aliquid sanxissemus, nisi divi patris nostri super his personis processisset auctoritas. DAT. VII KAL. IAN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

*V*

1 Ennoio] *procos. Africae*

---

I, 5, 26 (396 Dec. 23).

IDEM AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Comperimus ⌜navicularios⌝ susceptas species in negotiationis emolumenta convertere || eo, quod abutantur Constantinianae legis indulto, quae his ex die susceptarum specierum concluso biennio securitates reportare permisit. Quod nos quoque non prohibemus, sed tantum sententiae consultae definitionis addimus, || ut intra annum quo

IVST.
⌜naucleros⌝
|| *fin.*

|| *redit addens:* ideoque decernimus

8 quo] *scripsi*, quos *V*, quas *Iust.*

susceperint inferant species et ⸢eiusdem consulis⸣ securitates reportent, quae etiam diem inlationis edoceant ⌈. Biennium autem propter adversa hiemis et casus fortuitos in reportandis securitatibus non negamus, dummodo intra tempus superius designatum fides peracti constet officii. Quod ad omnium notitiam volumus pervenire, ut cognoscant transmissionem vel traditionem intra annum susceptionis esse conplectendam. DAT. X KAL. IAN. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

| ⸢ ⸣ *om.*
| ⌈ ut intra alterum annum eis reddantur, a quibus species praestitae sunt *fin.*

*V.* — IVST. 11, 2, 2.

5 negam̄ *V* 8 arcad̄ iii *V*

---

XIII, 5, 27 (397 Apr. 15).

IDEM AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Navicularios tertiam urbani canonis portionem inter prima navigationis iubemus deferre exordia. Quorum classem incuriae vetustate conlabsam praetoriana praefectura restituat, ita ut omnes, qui praedia his obligata muneribus quibuslibet modis vel contractibus impetrarunt, secundum possessionis modum ad commeandi vocentur officium. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V*

1 nauicularios] *Gothofredus,* nauiculario *V* 2/3 incuriae uetustate] *sic vel* incuria et uetustate *Gothofredus,* incuriae uetustatem *V*

---

XIII, 5, 28 (399 Febr. 16).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Provideatur, ut naves singuli quique naviculariae obnoxii functioni ad necessarium et constitutum modum exaedificare cogantur, ut onera debita et iusta suscipiant. Qui scient se de propriis periclitaturos esse fortunis, nisi in his praeparandis debitae capacitatis summam modumque servaverint. DAT. XIIII KAL. MART. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

1 messale *V* 3 honera *V* 4 prae•arandis *V*ᵃ mudumque *V*

---

XIII, 5, 29 (400 Ian. 24).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Deprehensae fraudes iure puniuntur. Solidos itaque, quos sublimitas tua eruere valuit || ab his, qui in ⸢navicularios⸣ praedas egerunt, volumus ⸢naviculariorum commodis reservari⸣. Et ⌈ ne ⸢simpli poena in raptores constituta crescat audacia, in posterum⸣ sancimus, ut, quicumque in rapinis fuerit deprehensus, ⸢in poenam⸣ quadrupli teneatur. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) IN FORO APRONIANI VIIII KAL. FEB. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⸢naucleros⸣
⸢eorum commodis satisfieri⸣
⌈ ideo | ⸢crescat in post. eorum audacia⸣
⸢poena⸣

*V.* — IVST. 11, 2, 3.

1 depraehensae *V* 2 iurae *V* 6 *scr.* rapinis his 6/7 depraehensus *V* 7 p̄p] p̄p̄o *V*

I, 5, 30 (400 Iun. 15).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Venerandae urbis intuitu naviculariis privilegia certa delata sunt, quae quicumque temerare temptaverit, nostra auctoritate propositam multam lege inferre cogatur. DAT. XVII KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

2 temptauerint *V*  3 multam lege] *scr.* lege multam

---

I, 5, 31 (404 Aug. 18).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universa, quae consultis nostris vel decretis inl(ustris) praefecturae indulta sunt naviculariis, si nulla melior utiliorque sententia commutavit vel auctoritas sanctionis infregit, firma servari decernimus. DAT. XV KAL. SEPT. HONORIO A. VI ET ARISTAEN(ETO) CONSS.

*V*

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A.  4 aristheñ *V*

---

II, 5, 32 (409 Ian. 19).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum nauarchorum coetus circiter provincias Orientis inopia navium titubaret et investigandae classis optentu insularum secessus obiret et navigandi opportunitate transacta iudiciorum indignatio sine transvectionis expectaretur effectu, merito celsitudo tua p(rae)f(ecto) Aug(us)tali et insularum praeside conventis Alexandrinae et Carpathiae classis summates et nonnullos alios naucleros eo professionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus, qui per Orientales nauarchos ex Alexandrinae civitatis conditis consuerat ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum ad eadem augustissimae urbis horrea conportarent, solaciis pro mercedula praestitis ex tributariae pensitationis inmunitate vel ex eo, quod vocatur *φιλικόν*, nec non etiam aliis, quae tuae cognitionis limavit examen; || ita ut, || super naufragiorum, quae contigerint casibus usitato more habita quaestione, si qui calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse, sub tuae sedis auditione nequaquam feratur acceptus, sed haec dispendii ⌜lacuna⌝ in omne naviculariorum concilium, pro rata scilicet contingentis muneris, deferatur. || Haec igitur nostra lege firmamus. DAT. XIIII KAL. FEB. HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

|| *fin. Iust. 11, 2, 4* | || *inc. Iust. 11, 6, 6*

⌜iactura⌝ *Iust.*

|| *fin. Iust.*

*V.* — IVST. 11. 2, 4. 11, 6, 6.

3 secessus] *Iust. (K),* successus *V Iust. (OI)*  5 classi *V*  7 nauarchos] *V* [2a] *Iust.*, nauachos *V* [1]  ex] *V* [1] *Iust. (KI*[b]*)*, et *V* [2a], et ex *Iust. (O*[b]*)*  censuerat *V*, consueuerat *Iust.* | 8/9 conportaret *V*  10 filicon *V*, *ναυκον Iust. (K)*, *φιλιη Iust. (X)*  alios *V*  11 tuae *om. Iust.*  13 quis *Iust.*

---

II, 5, 33 (409 Iul. 19).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui fiscales species susceperit deportandas, si recta navigatione contempta litora devia sectatus eas avertendo distraxerit, capitali poena plectetur. DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

*V.* — IVST. 11, 2, 5.

1 suscepit *Iust.*

XIII, 5, 34 (410 Aug. 15).

IDEM AA. FAVSTINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Iudices, qui in portibus dioeceseos suae onusta navigia, cum prosperior flatus invitat, sub praetextu hiemis inmorari permiserint, una cum municipibus et corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis. ʳNavicularii˺ praeterea poenam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit revelatum. DAT. XVIII KAL. SEPT. RAV(ENNAE) VARAN(E) V̄. C̄. CONS.

ʳnaucleri˺ IVST.

*V.* — IVST. 11, 2, 6.

1 portibus] *V*¹, portubus *V*²*, partibus *Iust.* 2 dioceseos *V* honusta *V*ᵇ *(sic)* 6 uarañ *V*

XIII, 5, 35 (412 Mart. 6).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universos, quos naviculariae condicioni obnoxios invenit antiquitas, praedictae functioni conveniet famulari. Personas igitur memoratas et eorum heredes et praedia persequenda esse decernimus, ut canon sacratissimae urbis vel expeditionalium portuum necessitas impleatur. DAT. PRID. NON. MAR. RAV(ENNAE) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V. AA. CONSS.

*V*

XIII, 5, 36 (412 Mart. 17).

IDEM AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. Tributa naviculariis privilegia hac interminatione firmamus, ut, si quis cuiuslibet dignitatis iudicum vel militantum crediderit neglegenda et aditus ʳnegaverit petitum a se tuitionis praesidium, patrimonium suum noverit istius functionis oneribus addicendum sine ulla spe veniae, quam de nobis sub annotationis indulto meruerit.
1 Illud etiam addimus, ut decem librarum auri multa tam naviculariis quam iudicibus nec non proconsuli et vicario spectabilibus viris et v(iro) c(larissimo) annonae p(rae)f(ecto) officiisque eorum proponatur, si umquam ordini memorato, vel ipsi coegerint vel sponte cupienti quod non potest fieri, de centesimis suis auferri permiserint vel de propria substantia quidquam sportulae nomine cuiquam donare vel offerre personae, ut a singulis constitutum multae pondus non ambigant exigendum. Accipientem quoque quadruplum fisco nostro iubemus exsolvere. ET CETERA. DAT. XVI KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V*

2 credederit *V*ᵃ 2/3 nec|aegenda *V* 4/5 annotationis] *sic V* 7 umquam] *scr.* umquam quidquam ordini] *Beck,* ordine *V* | 8 ipsi coegerint] *scr.* ipse si coegerit centessimis *V* 9 nominae *V* 10 ambigant] *scr.* ambigatur *similiterve*

XIII, 5, 37 (412 Mart. 17).

IDEM AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. POST ALIA: Si ulla dignitas vel apparitio frumenti curam sustinens dirigendi a naviculario magistrove navis aliquid accepisse detegitur, probato crimini pro motu iudicis poena non desit. ET CETERA. DAT. XVI KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V*

1/2 fraumenti *V*

XIII, 5, 38 (414 Sept. 17).

IDEM AA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Dissimulationi et corruptelae urbani vel annonarii officii exquisitis remediis mansuetudo nostra prospexit, ut, si quando navicularius

extra modum centesimarum diametrum incidisset, intra quinque dies, ex quo Portum venerabilis urbis esset ingressus, adhibitis tribus inlustribus viris urbana praefectura, praesente quoque annonario cognitore, quid evenisset detrimenti, inquireret et quicumque in hac fraude fuisset inventus, sub elogio, adiuncto idoneo executore, mox ad Africam adque ad v(iri) c(larissimi) p(rae)f(ecti) ann(onae) iudicium deduceretur, soluturus in-
1 stantia memorati, quidquid debere fuerit deprehensus. Hac itaque lege decernimus, ut, si ultra diem praefinitum permiserit navicularium protelari, quinque libras auri se adque officium suum sciat aerario nostro debere inferre. Apparitionem quoque praefecturae urbanae multa trium librarum auri feriendam esse censuimus. P(rae)f(ectus) annonae duas libras auri sacris largitionibus inferre cogetur, nisi eius praecipue instantia intra diem constitutum fuerit adcelerata cognitio. Huiusmodi igitur inquisitio etiam diebus feriatis et devotionum absque ulla observatione peragenda est. DAT. XV KAL. OCT. RAV(ENNAE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

*V*

6 depraehensus *V* 7 praefinitum *in litura a manu prima V, fortasse* praefinitum p(raefectus) u(rbi) 8 atque officium suum *videtur adiectum esse ex interpolatione* 12/13 *aut hic dies mutandus est aut alter* 6, 24, 7

# VI. DE PRAEDIIS NAVICVLARIORVM.

ui *add. V*². — *Iust.* 11, 3.

II, 6, 1 (326 Oct. 28).

IMP. CONSTANTINVS A. AD DECRETVM NAVICVLARIORVM. Alienationes possessionum a naviculariis factas fugiendi muneris gratia praeiudicare vobis non sinimus. Ideoque volumus, ut comparatores supra scribtarum possessionum interpellato p(rae)f(ecto) annonae ad id obsequium conpellantur, cui se obnoxios esse fecerunt. DAT. V KAL. NOV. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*V*

1 constantius *V* 4 ad id] adit *V*

---

II, 6, 2 (365 Ian. 11).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Patrimonia naviculariorum, quae quolibet genere in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatemque remeent. DAT. III ID. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

3 iun.] *scr.* ian. *ad iunctam*

---

II, 6, 3 (368? 370? 373? Iul. 31).

IDEM AA. AD MVSIFILVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Adversus petitionem naviculariorum de suo iure certantium spatium non praescribat annorum, etiam illis adsertionibus remotis, quibus nonnulli amplexantur quae divorum principum consecuti fuere permissu. Sed et si est quidquam naviculario iuri obnoxium, quod domus nostrae proprietatem spectat, tolerare praecipimus navicularias functiones. DAT. PRID. KAL. AVG. VANGIONIBVS VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

*V*

1 musufilum *V* 5/6 *a. 365 excludit locus*

XIII, 6, 4 (367 Apr. 28).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). POST ALIA: **Naviculariae facultates naviculario corpori reddantur, si bona rite retinentes subire eorum onera nolint, quorum possessione fruuntur. Ceterum si sponte cognoscunt navicularium functionem sine exceptione potioris vel cuiuscumque, bona ad se transmissa sine inquietudine possideant, cum pro rata ex parte debitis fungantur officiis.** ET CETERA. DAT. IIII KAL. MAI. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

*V*

1 uic(arium)] uc *V* 2 retinentes rite *scr.* | *Seeckio aut del.*
3 agnoscunt *scr.* 5 ex] *aut scr.* eorum *cum* |

XIII, 6, 5 (367 Sept. 29).

IDEM AA. AD AVRELIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Temporibus praescribtionem in vindicatione rerum ad navicularios pertinentium cognoscat tua gravitas esse succisam. || Domum etiam mansuetudinis nostrae in his, quae naviculario nomine obnoxia sunt, agnoscere praecipimus debitam functionem. DAT. III KAL. OCTOB. LVPICINO ET IOVINO CONSS.

[|| *inc.* IVST.]

*V.* — IVST. 11, 3, 1.

1 temporis *Gothofredus*

XIII, 6, 6 (372 Apr. 7).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROVINCIALES AFROS. Fundi omnes ad naviculariorum dominium pertinentes et ad aliorum iura translati fisco vel re publica vel naviculario vel quolibet alio distrahente sive donante vel ad filios vel propinquos vel extraneos transferente, etsi ad navicularios translati sint, reddantur dominis actione in rem et persecutione concessa, nisi maluerint hi, ad quos res pervenerint, onus agnoscere, cui erat ille obnoxius, cuius nomine vindicatio conpetit, evictionis ac melioratae rei perceptorumque fructuum inspectione habita. ET CETERA. DAT. VII ID. APRIL. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

*V*

1 ualens] et ualens *V* 2/3 re publica] *Gothofredus*, rei publicae *V* 5 nisi] *fortasse* si | 6 euictionis] *Gothofredus*, euectionis *V* 8 triū *V* ariutheo *V*

XIII, 6, 7 (375 Aug. 3).

IDEM AAA. CHILONI PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). In his, quae navicularii vendunt, quoniam intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet, emptor navicularii functionem pro modo portionis comparatae subeat, res enim oneri addicta est, non persona ⸢mercantis⸣. Neque navicularium ⸢ilico⸣ iubemus fieri eum, qui aliquid comparavit, sed eam partem quae empta est pro suo modo ac ratione esse munificam. Nec enim totum patrimonium ad functionem ⸢navicularii muneris⸣ occupandum erit, quod habuerit qui rei exiguae mercator accessit, sed illa portio, quae ab initio navicularii fuit, ad pensionem huius ⸢ functionis sola tenenda est, residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso et inmuni servando.

[IVST. ⸢mercatoris⸣ | ⸢ ⸣ *om.* ⸢navicularium⸣ ⸢ modi]

1 Domos vero, quarum cultu decus urbium potius quam fructus adquiritur, ubi a navicularіis veneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet,

1 aa. achiloni *V* procos. Africae] *vide ad 13, 4, 4* 5 aliquid] *scr.* tale quid 12 domus | *Iust.* *malim* urbi

quantum habebant emolumentum, cum pecunia mutuarentur. Ubi vero spatia loci et exiguitas nullam habuit pensionem aut extructio, cuius est ardua difficilisque molitio aut decus sumptuosum, aut, ut est plerumque liberale institutum, habitationem quis suam ornamento urbis adiecit, nolumus munificentiam quae postea addita est inprobam licitationem aestimationis excipere, sed vetusta potius loci species et pensio cogitetur quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit. DAT. III NON. AVG. POST CONS. GRAT(IANI) A. III ET EQVITI V. C.

*V.* — IVST. 11, 3, 2.

1 mutuaretur *Iust. (KI*[b]*)*: *malim* mutuabantur 2 cuius *delendum* 3 habitatione *V* 4 munificientiam *V*[a] 5 specie *V*

I, 6, 8 (399 Febr. 16).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Hi, qui fundos naviculariae functioni adscribtos a naviculariis acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quae antiquitus habetur adscribta, naviculariam functionem suscipere cogantur. Neque eas condiciones sibi aestiment profuturas, quas venditor minus idoneus in se receperit inpositas ementis arbitrio, hac tamen ratione servata, ut, si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transscribti praedii teneantur obnoxii sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. ET CETERA. DAT. XIIII KAL. MART. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

*V.* — IVST. 11, 3, 3.

1 messale *V*[a] 5 recipit *Iust.* inposita *V*

II, 6, 9 (417 Mai. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. SEBASTIO COM(ITI). POST ALIA: Navalem haeresim in omnibus volumus custodiri, ut usque ante viginti annos quaecumque possessiones sub hastaria sorte distractae sunt et propter contractum publicum navali fuerant haeresi separatae, si huic oneri ante eas subiacuisse constiterit, rursus ad debitam functionem teneantur obnoxiae. ET CETERA. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNAE) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

*V*

1 Sebastio] *mag. incertus* heresim *V* 2/3 sub hastaria] *Gothofredus*, subhastariae *V* 3 heresi *V* 5 a. *om. V*

II, 6, 10 (423 Mai. 18).

IDEM AA. PROCVLO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quod praedium in quolibet Africani cespitis loco per quinquaginta annorum curricula ad navalem functionem nulla sollicitudo revocavit nec pulsatum aliquando intra designatam annorum seriem super hac parte constiterit ac praedictae annositatis cursum sine ulla navalis haeresis conventione transcenderit, nullis patimur sollicitudinibus agitari.

1 Illud quoque penitus abolendum esse censemus, ut, quem non personae alicuius super navicularia functione probamenta confutarant, ulla chartarum post quinquaginta annorum seriem molestia rediviva conveniat. DAT. XV KAL. IVN. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*V*

3 reuocabit *V* onnorum *V* 4 heresis *V* conuentione] *Gothofredus*, conuectione *V* 5 nullis] *scr.* id nullis 6/7 confutarat (*vix* confutarāt *V*[a]) *V* 7 ulla] *Beck*, nulla *V* chartarum] *V*[1], chastarum *(sic) V*[2*] rediuiua] *Pithoeus (mag.) et Gothofredus*, rediuinu *V*

## VII. DE NAVIBVS NON EXCVSANDIS.

uii *add.* *V*². — *Iust.* 11, 4.

XIII, 7, 1 (399 Mart. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Cunctis per Aegyptum intimetur viginti librarum auri multae esse subdendos eos, qui naves suo nomine vel defensione a transvectionibus publicis excusare temptaverint, publica iactura navium quoque dominis feriendis, qui neglectis necessitatibus publicis potiorum voluerunt patrociniis excusari.** DAT. PRID. ID. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONS.

*V*

2 uiginti] quinquaginta *scholia Vaticana* 5 excusari] *sic vel* se excusare *Haenel*, excusare *V*

XIII, 7, 2 (406 Ian. 11).

IDEM AA. LONGINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Multi naves suas diversorum nominibus et titulis tuentur. Cui fraudi obviantes praecipimus, ut, si quis ad evitationem publicae necessitatis titulum crediderit adponendum, sciat navem esse fisco sociandam. Nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus, cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis oboedire et subvectionem sine dignitatis privilegio celebrare. || Nisi igitur intra triginta dies haec fraus fuerit remota, universa navigia, quae ad exceptiones confugiunt, dominis auferantur.** || *fin.* IVST. DAT. III ID. IAN. RAV(ENNAE) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 4, 1.

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 2 euitatione *V* 8 a. ui] a. uii *V*

## VIII. NE QVID ONERI PVBLICO INPONATVR.

uiii *add.* *V*². — *Iust.* 11, 5.

XIII, 8, 1 (395 Ian. 9).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Oneri publico sarcinam privatam ne quis inponat nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate conpellere. Hoc enim facto adque commisso non in dispendium solum adque naufragii damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicae cohercitionis experietur vigorem. DAT. V ID. IAN. CONSTAN(TINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 5, 1.

5 ian.] iun. *Gothofredus: certe dies corruptus, cum Theodosius obierit a. 390 Ian. 17*

## VIIII. DE NAVFRAGIIS.

uiiii *add.* *V*². — *Iust.* 11, 6.

XIII, 9, 1 (372 Iun. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis navicularius naufragium sustinuisse adfirmat, provinciae iudicem, eius videlicet, in qua res agitur, adire festinet ac probet aput eum testibus eventum relatio-

2 nafragium *V* adfirmat] ad......... *V*ᵃ 3 euentu *V*

que ad sublimissimam referatur praefecturam, ita ut intra anni spatium veritate ˹relata remedium ex indulgentia consequatur˺. Quod si per ˹huiusmodi˺ neglegentiam praefinitum anni spatium fortasse claudatur, supervacuas serasque ˹actiones˺ emenso anno placuit non admitti. DAT. P(RO)P(OSITA) BERYTI NON. IVN. MODESTO ET ARINTH(AEO) CONSS.

IVST.
˹revelata competens dispositio procedat˺
˹ ˺ *om.* | ˹interpellationes˺

*V.* — IVST. 11, 6, 2.

3 huiusmodo neclegentia *V* 5 dat. *delendum* pp] *V*b, ppo *V*a 6 beryti] bersti *V* arinth *V*

I, 9, 2 (a. 372/5 . . . .).

IDEM AAA. AD DEMETRIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE) AFRIC(AE). Si quando causatio est de impetu procellarum, medium ex his nautis numerum navicularius exhibeat quaestioni, quos eum in navi pro modo capacitatis constat habuisse, quo eorum tormentis plenior veritas possit inquiri. De casu autem navis, quae ad urbem Romam directa fuerit, intra annum quidquid acciderit iudiciis publicetur, de his vero, quae ad portus expeditionales longius vel Constantinopolim sint profectae, intra biennium oblato praedicto numero nautarum super fide˙ casus examen agitetur. Addimus etiam, ut, si intra praefinitum tempus nulla fuerit delata querimonia, omnis posthac deplorationum aditus obstruatur. ACC(EPTA) AQVIL(EIAE), LECTA ACTIS.

*V*

7 ut si] *Gothofredus*, uti *V* 8 quaerimonia *V*

II, 9, 3 (380 Febr. 6).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. NAVICVLARIIS AFRIS SAL(VTEM).
Quotiens obruta vel submersa fluctibus navi examen adhibetur ˹p(rae)f(ecti) ann(onae)˺ duorum vel trium ⌈quaestione ˹destrictum, purgandi in alios nautas licentia offeratur˺. Quid est enim, quod non abunde intra praefinitum numerum sollers quaesitor inveniat? Circa magistros navium, quibus est scientia plenior, inmoretur; qui si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio
1 transferetur. Sane si universos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, ˹sequimur Constantinianae legis providam sanctionem, ut adfectionibus naviculariorum˺ intra iudicia constitutis super eorum quaeratur interitu, quos navicularius naufragio perisse contendit. || Cuius rei examen placuit unius lustri spatio terminari,
2 ut omnis in posterum . . . . ut a duarum semis centesimarum, quae ex hibernis oneribus postu-
3 lantur a vobis, petitio conquiescat. Placuit sane, ut, Novembri mense navigatione subtracta, April(is), qui aestati est proximus, susceptionibus adplicetur. Cuius || susceptionis ⌈ necessitas ex kal. Aprilib. in diem kal. Octob. mansura servabitur; || in diem vero iduuum earundem navigatio

IVST.
˹competentis iudicis˺
⌈ nautarum | ˹habita ceteri ab huiusmodi nexu liberentur˺
˹a liberis nautarum sive magistrorum˺
|| *fin.*
|| *redit* | ⌈ autem
|| *fin.*

2 fluctibus] *V*2*, fructibus *V*1 5 in *del.* 6 abunde] *Iust.*, aliunde *V* 7/8 magistros navium] *scholia Vaticana:* a gubernis quos vulgo dicunt 9 *fort.* defecerint 10 transferatur *Iust.* 11 l*teat *V*a 17 *ante* ut a (puta *Gothofredus*) *quaedam videntur excidisse* 20 nouembri] *scr.* a nouembri 23 die *V* mansura] *Iust.*, mensura *V*

4 porrigetur. Et quia ordinem vestrum ampliari etiam hominum adiectione gaudemus, quoscumque vacuos publico invenerit officio, in complexum vestri ordinis adplicate, dummodo is, qui in municipalibus manet causis, nominatione ordinis non teneatur. DAT. VIII ID. FEB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

---

*V.* — IVST. 11, 6, 3.

1 amplicari *V* 2 adplicatae *V* 3 his *V* 4 triū *V* v̄ et] uel *V*

---

XIII, 9, 4 (391 Iul. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quae in naufragiis pereunt, nolumus nobis cum possessoribus, vel senatoribus vel privatis, esse communia, si quidem naufragii detrimentum fiscus agnoscat; quod interdum non grandis dispendii esse monstratur, si vexatam fluctibus navem levis iactura defendat quam si pondere
1 suo gravatam pelagi unda submergat. Ubi vero non est testis periculi, restituantur damna naufragii et dispendia prosecutoris fraudibus inferantur, ut ad eorum iniuriam retorqueantur, qui minus idoneos nominarunt, non ad eos redeant, quos semel constiterit fuisse devotos. DAT. XV KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

IVST.
Pro his, quae semel a collatoribus illata naufragiis perierunt, nolumus nobis aliquam cum possessoribus, sive senatores sive privati sint, esse communionem vel aliquid periculi ad eos redundare. *fin.*

---

*V.* — IVST. 11, 6, 4.

7 fluctibus] *V*$^{2*}$, fructibus *V*$^{1}$ 11 retorqueantur] *Gothofredus*, retorqueatur *V*

---

XIII, 9, 5 (397 Apr. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Navicularios, quos vis adversa naufragii prohibuerit suscepta deferre, vel de oneribus pravitate submersis vel de diametris aliisque iacturis, quia excludere casus et inclementem non possumus cohibere fortunam, p(rae)f(ectus) annonae et vic(arius) urbis fidem probare gestorum congrua iudicatione compellant, moram et neglegentiam punituri. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

---

*V*

2 quos uis] *Cuiacius*, quos uos *V* grauitate *Gothofredus*

---

XIII, 9, 6 (412 Mart. 17).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. POST ALIA: De submersis navibus decernimus, ut levato velo istae causae cognoscantur. Et si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, iudex, aput quem constiterit, his conquerentibus qui nudantur pro qualitatibus personarum multandi removendi proscribendi habeat potestatem. Si vero causarum talium cognitores, libelli datione vel planaria interpellatione commoniti, ⌜intra metas temporis constituti, hoc est⌝ intra biennium ⌜causis talibus veteri lege praescribtum⌝, has causas audire neglexerint et ⌜legitimum tempus fuerit⌝ elabsum, praeiudicium noceat eatenus cognitori, ut naviculario propter vitium iudicis absoluto mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo dumtaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre, residuam

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜hoc fuerit tempus⌝

---

2 cognoscatur *V*$^{a}$ 5 datione] *Iust.*, aditione *V* 6 planaria] *V*$^{1}$ *Iust. (K*$^{v}$*OI*$^{b}$*)*, plenaria *V*$^{2*}$ | *Iust. (K*$^{t}$*I*$^{a}$*)* 8 legimum *V*

vero officium eius exsolvat. DAT. XVI KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

---

*V.* — IVST. 11, 6, 5.

## X [= BREV. II]. DE CENSV SIVE ADSCRIBTIONE.

*Rubr. om.* $V^1$, *habet ante l. 3* $V^2$ *sic:* T X de censu sive adscriptione (*sic, non* adscribtione) *eodemque loco habet O, suo reliqui. — Epit. Parisina (Haenel brev. p. 240).* — siue adscr. *om. O.* — *Iust.* 11, 58: de censibus et censitoribus et peraequatoribus et inspectoribus.

I, 10, 1 [= BREV. XIII. 2, 1] (313 Ian. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Quoniam tabularii civitatum per conlusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XV KAL. FEB. ROM(AE) CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

INTERPRETATIO. Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri traduntur, potentiores voluerint relevare et, quod relevaverint, inferioribus addiderint, is, qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam se secundum censum ostenderit suscepisse.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS).* — IVST. 11, 58, 1.

1 a *om. O* quoniam *bis* $V^1$, quoniam omnes *G* conlusione *PM*, conclusionem *E*, collationem $G^v$ 2 sarcina *L*, sartinam *N*, sarcinas *O* transierunt *M* iubemur *X* quisquis] quis *PM*, qui *XCS* 2/3 probauerint $M^a$ 3 et cetera *om. G* p̄p̄ (p̄ $G^a$, dat. $NG^b$) xu k. feb. rom. (romae et *G*) const. ā (aā *V*, *om. N*) iii (iiii *V*, ii *E*) et lic. iii (iii aug. *N*, *om. OGXCPMS*) *libri* 5 hii *HNGEXS* exactiones *ES* liberi *S* tradentur *G* 6 reuelare *NE* reuelauerint *NEL* addicerint *X* is *om. H* se] se esse *E* 7 soluat *G* se] *HE*, *post* censum *G*, *om. NXCPMLS* suscepisse] possedisse *GCPMLS*

---

I, 10, 2 (313 Iun. 1).

IDEM A. AD EVSEBIVM V(IRVM) P(ERFECTISSIMVM) PRAESIDEM LYCIAE ET PAMFYLIAE. Plebs urbana, sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur, minime in censibus pro capitatione sua conveniatur, sed iuxta hanc iussionem nostram inmunis habeatur, || sicuti etiam sub domino et parente nostro Diocletiano seniore A(ugusto) eadem plebs urbana inmunis fuerat. DAT. KAL. IVN. CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

|| *fin.* IVST.

---

*V.* — IVST. 11, 49, 1.

1 idem aā *V*, ⌜imp. constantinus ā *Iust.* 3 conueniantur *V* 5 *subscriptio legis propositae vivo Diocletiano in partibus Orientis nisi fallit, lex aut a Licinio emissa aut a Maximino errore recepta est, cum horum imperatorum constitutiones compilatores non admiserint*

---

I, 10, 3 (357 Mai. 30).

IMP. CONSTANTIVS A. AD DVLCITIVM CONS(VLAREM) AEMILIAE. Si quis praedium vendere voluerit vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum praediis eos tenere debent aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi ⌜praedia⌝ prodesse desperant. DAT. III KAL. MAI. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

⌜praedium⌝ IVST.

---

*V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).* — IVST. 11, 48, 2.

XIII, 10, 4 (368? 370? Nov. 22).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALLIARVM. In virginitate perpetua viventes et eam viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur aetatis nulli iam eam esse nupturam, a plebeiae capitationis iniuria vindicandas esse decernimus; item pupillos in virili sexu usque ad viginti annos ab istiusmodi functione inmunes esse debere, mulieres autem, donec virum unaquaeque sortitur. DAT. X KAL. DEC. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

*5/6 annos 365 et 373 excludunt reliquae epistulae ad Viventium datae*

XIII, 10, 5 [= BREV. XIII, 2, 2] (367 Iun. 3).

IDEM AA. AD FLORENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALLIARVM. Si quis census inquisitione conpleta gravatum se esse credat, aput provinciae iudicem pulset quem mavult, ex die clausi renuntiatique census spatia praestituta dinumerans, ut, si necessitatibus publicis occupatus domesticis commodis defuit, cum census agitatus est, intra anniversarii temporis circulum fiducia competitionis adsistat, si vero praesentem sciat se esse censitum, intra quinque menses, quibuscumque viribus fultus inmineat, ultra non habeat huius vocis arbitrium. DAT. III NON. IVN. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si aliquis in causa publica occupatus, cum discriptio agitaretur, per absentiam suam se gravatum esse queratur, intra anni spatium apud iudicem loci querellas suas allegare debebit. Nam si praesentem fuisse constat, non plus quam quinque menses ad exequendas querellas suas sibi noverit fuisse concessos, quibus transactis agendi copia denegetur.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS).*

1 idem] impp. ualent (ualens *C*) et *(om. E)* ualens (ualent *C*) *brev.* aa. *om. H* ppo] ppm *NE*, pfu *GC*, *om. L* gallianum *S* censum *S* 2 pulsit *N* quem] quae *O* mauult] aut uult *X*, uult *G* 3 renuntiatique] renuntiatio *E*, rei noticiam atque *G* denumerans *HXCPML*, enumerans *G*, de numerariis *N* ut] et *O* necessitatatibus *L* 4 publice *G* occupatur *XCPMLS* 5 circulum] *VGOXCPMLS*, curriculum *HNE Pith. (ex 3)* fiduciam *H*, fiduciae *O* conpeticiones *G*[a], cumpetitiones *NE*, compeditionis *Pith.* sciat se] se sc. *O* se esse . . . ., quinque *om. in sp. vac. C* 5/6 censetum *VO* 6 fultus] fluctus *S*, uultus *G*, *om. O* ultra] et u. *O* 7 uoces arbitrio *N* dat. iii *(om. P*[a]*)* non. iun. rem. (rom. *N*) lupicino et iouino (iuuino *NC*, iubino *G*, luuino *S*) *libri* 8 occupatur *G* discriptio] *HNGE*, descriptio *reliqui* agitatur *H* 9 esse gr. *E* queratur] credat *O* infra *G* 10/11 exequendas] sequendas *GXCPMLS* 11 concessos] *OE*[b], concessus *HNE*[a], concessum *GXCPMLS* denegatur *O*

XIII, 10, 6 (370 Mart. 30).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulla vidua, nemo pupillus ex utroque sexu, donec eos ingrediatur annos, qui iam tutoribus curatoribusve publicis non egeant, exactionem plebis agnoscat. Simili autem devotione habeantur immunes et si quae se sacrae legis obsequio perpetuo dedicarunt. DAT. III KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

*V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).*

1 nulla uidua *del.* 2 pupilli(?)u(?)s *V*[a] 2/3 curatoribus uel *V* 4 immunes] *sic hoc loco V* 5 triū *V*

XIII, 10, 7 (371 Ian. 16).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Sicubi subscribtorum modo sorte fatali morientibus de scribto aliquid fuerit inminutum contraque in vicina vel contermina

1 sicubi] in sicilia *scholia Vaticana: quaedam videntur excidisse ad hoc exemplum:* sicubi [censuali in possessione cuiusdam hominibus quibusdam de] subscribtorum modo sorte fatali morientibus

eius vel in eodem vel ubilibet simili substantia ratione nascendi ultra conscribtorum numeris adcreverit, modus censuum intraque servetur, ut ex eo, qui superest, ille, qui defuerit, suppleatur. Hoc autem ut rite celebretur, auctoritas tua iudicibus tantum, id est rectoribus provinciarum, permittat potestatem, ita ut iidem, cum querimonia defensorum vel plebeiorum ad eos fuerit nuntiata, exhibitis partibus secundum fidem rerum coram cognoscant ac stabilitatem census finita altercatione componant, eos tantum, qui mortui videbuntur, ex adcrescentibus repleturi. Ceterum illos, qui relictis censibus aufugerunt, ad excusationem pertinere non est aequum, quando quidem eum, qui videbitur aufugisse, constat esse revocandum. DAT. XVII KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

*V Scholia Vaticana:* In Sicilia peraequationes facta si aliquis e dinumeratis moriatur, ubi plus aliquid censitum fuerit, debere eius nomine reputari; de absentibus uero iudicibus provinciae praesentatis partibus functionem confirmet, quia qui fugit, quandoque suae culturae poterit revocari.

1 eodem] eodem territorio *Seeck* 1/2 conscribtorum numeris] *scr.* conscribtum numerus 2 intraque] integre *Gothofredus*, utrimque *Haenel*, in utraque *ego* 4 potestatem ita] *scr.* potestatis idem *V* quaerimonia *V* 6 componat *V* 7 repleturi] *Gothofredus*, repleturis *V* 7/8 aufagerunt *V*

I, 10, 8 (383 Mart. 5).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD POPVLVM. Nemo aliquid inmune possideat; sit inritum, si quid domui nostrae tale concessimus; exaequationes censuum, quas consensus provinciarum, quas nostra responsa, quas censorum et peraequatorum officia, quas auctoritates denique ordinariorum et amplissimorum iudicum necessaria emendatione vel constitutione probaverant, inconcussa aeternitate permaneant. || Inmunitates ⌜vero⌝ specialiter datae, ⌜iugatio vel⌝ capitatio libris publicis et civitatum ac provinciarum encautariis sine aliqua probatione factae penes fruentes ereptae in functionem pristinam
1 redeant. || His nostrae serenitatis edictis civitatum tabulariis erit flamma supplicium, si cuiusquam fraude ambitu potestate iniusta cuiuspiam profiteretur inmunitas, ac non secundum praecedentem definitionem omnes omnino, abolita specialium inmunitatium gratia, necessitas tributariae functionis firmata ⌜censorum⌝ peraequatorum provincialium iudicum peraequatione constrinxerit. DAT. III NON. MAR. MED(IOLANO) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
|| *inc.* IVST. 11, 48, 9 | ⌜ ⌝ *om.* ⌜et iug. et⌝
|| *inc.* IVST. 10, 25, 1
⌜censitorum⌝ IVST.

*V.* — IVST. 10, 25, 1. 11, 48, 9.

2 concensimus *V* 9 paenes *V* ereptae] *Iust.*, erepta *V* 10 redeat *V* 12 profiteretur] *V* *Iust.*, proferetur *scr.*, prouideretur *Krueger* 17 constrixerit *V*

# XI. DE CENSITORIBVS, PERAEQVATORIBVS ET INSPECTORIBVS.

*V Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).* — xi *add.* $V^2$. — *Iust.* 11, 58 *(v. ad 13, 10 rubr.).*

I, 11, 1 (381 Iun. 4).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ⌜Si quis sacrilega vitem falce⌝ succiderit aut feracium ramorum fetus hebetaverit, quo decli-

IVST.
⌜Quisquis vitem⌝

3 sacrilegam *V* 4 habetauerit *V*

net fidem censuum et mentiatur callide paupertatis ingenium, mox detectus ⌜capitale subibit exitium et bona eius in fisci iura migrabunt⌝. Illo videlicet vitante calumniam, qui forte detegitur laborasse pro copia ac reparandis agrorum fętibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

| ⌜competenti indignationi subiciatur⌝ |

*V (cum Solms.).* — IVST. 11, 58, 2.

1 callidae *V* 3 exitium] $V^{2*}$, exitiam $V^{1}$ 4 uitante] $V^{b}$, •i•ante $V^{a}$, euitante *Iust.*

XIII, 11, 2 (386 Mart. 27).

[IDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum antea per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma sit censa, nunc binis ac ter]nis viris, mulieribus autem quaternis unius pen[dendi c]apitis adtributum est. Quocirca ⌜sublimis auctoritas⌝ [tua hu]iusmodi censibus per Comanensium et Ariarathen[sium] Armeniae secundae, Amasenorum Helenoponti et Dio[caesar]ensium Cappadociae secundae urbes salubris ac [temp]eratae peraequationis modum monumentis publi[cis iub]ebit adnecti. DAT. VI K. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) HON(ORIO) ET EVODIO CONSS.

| ⌜sublimitas⌝ IVST. |

*[V cum scholiis suis omisit] T [inde a* 2 nis uiris*].* — IVST. 11, 48, 10 *[inde quae accesserunt, dantur intra uncos quadratos].*

1 idem aaa. et arcadius a.] *sic scripsimus secundum vestigia:* a et arch. *Iust. (U)*, a. arc. *Iust. (K)* 3 unius] *T Iust.*, *scr.* onus unius *(sic fere Krueger)* 4 censibus] *T*, census *Iust.* 4/5 comanensium] eomanensium *Iust. (U)*, conmagensium *T* 5 hellisponti *T* 6 urbes] *Iust. (X)*, urbis *T Iust. (reliqui)*

XIII, 11, 3 (386 Mart. 27).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si peraequatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit aut colonum ⌜ad contumaciam retractionis armaverit⌝, ad eum censuum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente peraequator adposuerit, ⌜ad nostrae sanctionis auctoritatem⌝ tenebitur. DAT. VI KAL. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) N. P. ET EVODIO CONSS.

| ⌜per c. r. fugauerit⌝ IVST. |
| ⌜n. s. auctoritate⌝ IVST. |

*V (sub numero* ii *et sic deinceps) T.* — IVST. 11, 58, 3.

1 ••necio *T* peraequatorem *V* 2/3 rectractionis *T*, retractationis *V Iust.* 5 auctoritate *V* 6 np̄ *om. T*

XIII, 11, 4 (393 Apr. 3).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui fundum aliquem, velut afanticorum mole depressum, cupit aliquatenus relevari, omne nihilominus patrimonium suum admisso patiatur inspectore censeri. Quod quidem etiam ad singularum civitatium legationes convenit custodiri, ut scilicet || omne territorium censeatur, quotiens defectorum levamen exposcitur, ut ⌜squalida⌝ adque ieiuna ⌜in culta adque opima conpensent⌝. || Nemini autem citra nostram conscientiam in quantolibet modo tributariam suspendere liceat functionem. Quod enim ad tempus differri iubebit, aut perpetuo amittitur aut sub acerbiore reliquorum mole repetendum est. DAT. III NON. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

| IVST. |
| --- |
| \|\| *inc.* |
| ⌜sterilia⌝ \| ⌜his quae culta vel opima sunt compensentur⌝ *fin.* |

*VT [finit* 8 lice*].* — IVST. 11, 58, 4.

2 afanticorum] *V*, afantanicorum *T* depraessum *T* cupit] $V^{2}T$, capit $V^{1}$ omne] omne aliquatenus *T* 3 admisso patiatur] *V*, admissum potiatur *T* 4 ciuitatium] *V*, ciuitatum *T* custodire *T* 5 omnem *T* defectorum] defe••••um $V^{a}$ 6 squalida] *T*, squaliola $V^{1}$, squaliora $V^{2*}$, sterilia *Iust.*

11, 5 (393 Nov. 29).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui gravatos se a peraequatoribus conqueruntur et iniusto oneri inpares esse proclamant, conpetitionis habeant facultatem, ut, quid remissum gratia, quid interceptum fuerit fraude, convincant et ex eo levamen accipiant, quod per deformia et criminosa commercia sibi inpositum esse deplorant, ut aliis demeretur. || Sed in eo tempus placuit definiri, ne plures frustra litibus premerentur, si nullis intercepta metis actio tolleretur. || ⌜Quare cum fuerint traditi codices et completa peraequatio, intra annum⌝ cui videbitur de iniusto onere conqueratur, iniquitatem peraequatoris accuset ac praestitam gratiam habita competitione convincat, ut, quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat, quem debitae functioni fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur ⌜sequestratis⌝ minoribus, qui fuerint indefensi; his etiam, qui aberunt causa rei publicae. Qui tamen ex eo tempore quae sunt statuta custodient, ex quo ad agendum ⌜habere potuerint⌝ facultatem. DAT. III KAL. DEC. CONSTA(NTINO)P(OLI) D. N. THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

IVST.
|| *finit*
|| *redit* ⌜Quod i. a. post codicum oblationem⌝
⌜exceptis⌝
⌜habuerunt⌝

*VT (redit 9/10 peraequatoris) V Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).* — IVST. 11, 58, 5.

1 se] esse *Iust. (KI)* 1/2 conqueruntur] *Iust.*, conque $V^1$, conquesti sunt $V^{2*}$ 3/4 accipiat *malim* 7 *immo* toleretur 8 cui] quid *Iust. (Z*ᵃ*)*, quod *Iust. (KI*ᵃ*Z*ᵇ*)* 11 fuerint *T* cognoscat] *VT*, agnoscat *scr.* 12 functionis *Iust.* 14/15 rei publ. causa *Iust.* 16 putauerint *T* 18 uc *om. T*

11, 6 (396 [394] Febr. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HERODI. Actus stratoris, qui possessores iuris enfyteutici sub peraequationis colore turbavit, iubemus aboleri, alio ad id negotium dirigendo. Quem observare conveniet, ut pristinis dominis, si quidem idonei comprobantur, cuncta restituat, novis vero ad redhibenda omnia, quae per eum vel suspensa vel minuta
1 vel dilata sunt, strenuus exactor incumbat. Si quid etiam latioribus ac fecundioribus fundis addi in praestatione potest, tenax inquisitor incumbat. In omnibus vero subsignationem facultatium, quae in huiusmodi locationibus prima est quaerenda, suscipiat. DAT. XVI KAL. MART. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VT*

1 herodi] *procos. Africae* po[ssesso]ris *T* 2 eufyteutici] *sic VT* 3 obseruari *V* 4 nouis] *T*, nobis *V* ad *om. T* rethibenda *V* 5 excator *V* 6 adquisitor *T* 7 facultatium] *V*, facultatum *T* 8 arcadio iiii et honorio iii] *immo* arcadio iii et honorio ii. *Augustinus adv. Cresconium 3, 56, 62 (vol. 9 p. 466) adfert acta apud Herodem proconsulem* a. d. VIII k. Mart. p. c. Theodosii Aug. III et Abundantii.

11, 7 (396 Mart. 19).

IDEM AA. HILARIANO. Peraequationem omnibus necessariam esse non ignoramus, ideoque praecipimus, ut nullus electus contra iudicium culminis tui rescribti se privilegii alicuius auctoritate defendat, quoniam per cognitos ac probatos viros conpendia provincialium iudicum volumus ordinari. DAT. XIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VT [finit 3 alicuius a . . .].*

1 hilariano] *VT*, hilario *(qui eo anno fuit ppo) Gothofredus* 2 priuilegii] ...uilegii *T*, priuilegio *V*: *scr.* privilegiive *(similiter Gothofredus)* 3/4 compendia prouincialium iudicum] comp. prou. ordinum *Gothofredus, temptavi talia:* compendia [fisci pessum data per incuriam] provincialium iudicum

XIII, 11, 8 (396 Mart. 29).

IDEM AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Peraequatores ac discussores, ˹quorum nobis data sunt nomina˺, si incurrerint culpam neglegentiae vel gratiae, non solum honorum iacturam, verum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt, ea vero, quae in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exsolvere. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 58, 6.

4 multae *V* 6 iiii *om.* *V*

XIII, 11, 9 (398 Mart. 7).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui per ˹inpotentiam˺ fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quaestuosis uberibusque pro rata portione suscipiant infecundos ⸢. Quoniam itaque legati Hieropolitanae civitatis succisos esse prosecuti sunt, huiusmodi possessionum retentatores cum opimis fundis et minus idoneos suscipiant, quo eiusmodi aequalitate servata et ante dictae curiae vires possint in posterum respirare et fisci indemnitas custodiri. DAT. NON. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONO(RIO) A. IIII ET EVTY(CHIANO) CONSS.

˹potentiam˺ IVST.

⸢ ex eadem substantia *fin.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 59, 10.

1 pp *V* (KOI) 2 opimos] *Iust. (X)*, optimos *V Iust.* 5 esse] se esse *Haenel*, esse eius | reditus *ego*

XIII, 11, 10 (399 Apr. 5).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam ex multis gentibus sequentes Romanam felicitatem se ad nostrum imperium contulerunt, quibus terrae laeticae administrandae sunt, nullus ex his agris aliquid nisi ex nostra adnotatione mereatur. Et quoniam aliquanti aut amplius quam meruerant occuparunt aut conludio principalium vel defensorum vel subrepticiis rescribtis maiorem, quam ratio poscebat, terrarum modum sunt consecuti, inspector idoneus dirigatur, qui ea revocet, quae aut male sunt tradita aut inprobe ab aliquibus occupata. DAT. NON. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

*V*

2/3 ministrandae *scr.* 3 mereantur *V*

XIII, 11, 11 (406 Febr. 9).

IDEM AAA. LONGINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per hoc quinquennium multos comites ac peraequatores nec non etiam discussores per diversas provincias constat esse directos, quos nihil profuisse utilitatibus publicis cognovimus. Ideoque sublimitas tua eorum actus diligenti examinatione perpendat et si quos neglegenter invenerit iniuncta curasse, ablatis codicillis primitus et refusis faciet in duplum quae perceperunt emolumenta redhibere. Si quos vero rapacitate plectenda a provincialibus aliquid abstulisse constiterit, direpta in quadruplum redhibere compellas. DAT. V ID. FEB. RAV(ENNAE) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

*V*

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 4 neglegenter] *Reinesius*, neglegentes *V* | 5 refusis] *fortasse* et remissis *vel simile quiddam* 5/6 rethibere *V* 7 rethibere *V*

I, 11, 12 (409 Ian. 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctis per provincias administratoribus nostra insinuetur praeceptio, ut, si quando e re publica visum fuerit discussiones inspectionesque aut aliquid simile agitari, ei iniungant, qui vicarianae potestati, comitivae Orientis aut Augustalitati parendo statuta peregit stipendia, ita ut, si quis ex his, quos palam expressimus, super hoc officii munere excusando nostrum impetravit oraculum aut post elicuerit, nequaquam id admittatur. His enim ita rite digestis et ab hominibus gnaris administrabuntur publica munia et altioris adque inhabilis fortunae homines incompetentia obsequia declinabunt. DAT. X KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V*

7 gnaris] *Gothofredus*, ignaris *V* 8 altioris adque inhabilis] *scripsi*, altiores adque inhabiles *V*

I, 11, 13 (412 Iun. 6).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Loca, quae praestationem suam implere non possunt, praecipimus adaequari, ut, quid praestare possint, mera fide et integra veritate scribatur, id vero quod inpossibile est e vasariis publicis auferatur. Et primo quidem veteribus dominis adscribi praedia ipsa conveniet, quorum si personae eorumve heredes non potuerint repperiri, vicinos vel peregrinos volentes, modo ut sint idonei, dominos statuendos esse censemus. In tantum autem omnium animos beneficiis provocamus, ut id, quod defectae possessioni inspectoris arbitrio adscribitur, biennii inmunitate relevetur, ut nec idonea praedia alterius glebae sarcina in posterum praegraventur. DAT. VIII ID. IVN. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V. AA. CONSS.

*V*

1 iohanno *V* 7 delectae possessioni *ego*, defectae possessionis *Seeck* relebetur *V* | 8 ut *delendum*

I, 11, 14 (416 Iul. 4).

IDEM AA. VRSACIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Peraequationem Agapii in perpetuum manere censemus. DAT. IIII NON. IVL. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

*V*

I, 11, 15 (417 Mart. 14).

IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI) PRIMI ORDINIS. POST ALIA: Si qui aliarum possessionum dominus desertum praedium suum inspici forte voluerit, universa loca quae possidet etiamsi idonea sunt, peragrari patietur, ut sarcina destitutae possessionis, in quantum inspectio deprehenderit, possit melioribus sociari peraequatoque omni patrimonio nihil de desertis postea conqueratur. Tantum enim his praediis aperta et absoluta levamenta praestamus, quorum aut domini omnino non extant aut paupertate mediocres ipsa tantum praedia habere monstrantur. DAT. PRID. ID. MART. RAV(ENNAE) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

*V*

1 Sebastio] *mag. incertus* 4 depraehenderit *V* 6 dominio *V*[1] paupertatem *V*

I, 11, 16 (417 Mart. 14).

IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI) PRIMI ORD(INIS). Competitionis obreptione seclusa || aput eum possessio firma permaneat, cui a peraequatore semel

| IVST.
|| *inc.*

1 Sebastio] *mag. incertus* obreptioni *V*[a]

eam traditam fuisse constiterit. Reliqua vero temporis ante acti a novo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis vero privatus aut obligatam sibi possessionem, quae deserta huc usque permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat, allegationes suas sine mora vel per se vel per aliam personam legibus ordinatam ⌜aput spectabilitatem tuam publicare⌝ debebit, ita ut, si aequitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio, is, qui eam a peraequatore susceperat, rei melioratae receptis sublevetur expensis. Verum ne sub specie litis dominationes semel constitutae turbentur, ⌜duorum⌝ mensum spatium censemus debere servari, intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerat actiones. Quod si tempus adscribtum silentio fuerit interveniente transactum, nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis eo tempore, quo peraequator praedium alicui addicit, de suo iure vel per se vel per homines suos non crediderit actitandum, ⌜duorum⌝ mensum curriculis evolutis in perpetuum conquiescat. ET CETERA. DAT. PRID. ID. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

⌜manifestare⌝

⌜sex⌝

⌜sex⌝

---

*V.* — IVST. 11, 58, 7.

4 huc *om. Iust.* 8 susceperit *Iust.* 9 dominationis *V* 10 mensium *Iust.* 15 mensium *Iust.* 17 a. *om. V*

---

XIII, 11, 17 (417 Mai. 14).

IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI) PRIMI ORD(INIS). POST ALIA: Illa, quae ante viginti retro annos speciali inpetratione diversis petitionibus inspecta claruerint, ab spectabilitate tua convenit iterari, quatenus, aliorum cessante iudicio intra provinciam sibi commissam, tuo omnia finiantur arbitrio. Eas quoque possessiones, quae ante viginti similiter annos speciale beneficium de recisione meruerunt, studiose peragrare debebis, ut, utrum e re sint postulata remedia vel his aliquid deceat functionis adiungi, aestimatio fida demonstret. ET CETERA. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

---

*V*

1 Sebastio] *mag. incertus* 2 claruerint] *scripsi*, claruerit *V*[2*], elaruerit *V*[1] 3 iterari] *Gothofredus*, iterare *V* 4 que *V* 5 e re] *scripsi*, uerae *V* 7 MAI. (*sic*, mai. *potius quam* mar) *V*